qdqꝫ opinamur cū cām cogſcim⁹: ⁊ qꝛ illius eſt cā ⁊c.
8m ¶ 8° ſi nō eadē numero itellēctio que cadit ſup vitatez
ꝯnis caderet ſup vitatē pncipij: tūc iueniret itells per ſe
veritatē in illa: qꝛ ipoſe eſt intellectionē ad aliqd termi
nari pciſe: gn ſit in illo veritas pciſe: ſꝫ in ꝯne nō eſt veri
tas per ſe ⁊ ꝓpe ſeu pciſe: ſꝫ vt eſt iūcta veritati pncipij:
ſic bonitas ⁊ appetibilitas nō eſt in potione amare: niſi
ꝗten⁹ copulat cū ſanitate per modū iducētis eā: g nō ali
q acta fert itells in vitatē ꝯnis: gn eodē ferat in vitatez
9m pncipij. ¶ 9° ille act⁹ q cogſcit: ꝙ h eſt pp h: vel ꝙ h eſt
cā ꝙ ſit h: trāſit ſil ſup vtrūqꝫ. ſ. ſup illud qō eſt cā ⁊ ſup
illud cui⁹ cā eſt: ſꝫ act⁹ q eſt ſcire eſt noſſe: ꝙ h eſt pp h: ⁊
ꝙ h ſit cā ꝙ ſit h: vt pꝫ per diffōnē de ſcire p poſterioꝝ:
T. cō. p. ⁊ phicoꝝ. Et pꝫ ēt ꝙ noſſe: ꝙ h eſt ſimplr ⁊ ex ſe: nō eſt
ſcire: ſꝫ pn̄m itellige: igit act⁹ ſciēdi ſil trāſit ſup veritatē
10m pncipij ⁊ ꝯnis. ¶ 10° h eſt ſcire in itellectu: qō eſt eligere
in volūtate: ſic itelligē pn̄ᵃ in itellectu: h eſt ꝙ velle finē
T. c. 13. in appetitu: pꝫ h 2° phy. ſꝫ act⁹ electionis ſimplex ⁊ vn⁹
cadit ſup illud: qō eſt ad finē pp finē ⁊ ſup vtrūqꝫ ſiml:
igit ⁊ ſcire cadit ſiml ſup vtrāqꝫ vitatē. ſ. pncipij ⁊ ꝯnis.
Ad pm ¶ Ad pᵐ dico: ꝙ ꝯ ⁊ pn̄ᵃ ſeu ſic eē ſic ſignat ꝯ ⁊ ſic ſigni
ficāt pn̄ᵃ itelligi vno actu pōt itelligi duplr: vno mō ꝙ i-
telligant illo actu nō iudiciario nec enūtiatiuo ſeu ꝙ nō
ſit affirmatio ⁊ negatio in itellectu: ſꝫ tm̄ itelligētia ſim-
plr. Alio mō ꝙ vno actu iudiciario q eſt affirmatio vl ne
gatio. Cū igit aſſumit: ꝙ reᵘ ꝯnū ⁊ pmiſſaꝝ pōt eē vnus
act⁹: ſi itelligat p mō nō facit ad ꝓpoſitū: eſto ꝙ iſtō cō
cederet. Nā act⁹ ſciēdi nō eſt talis act⁹: ſꝫ eſt act⁹ iudicia
ri⁹ ⁊ enūtiatiu⁹: ſeu poti⁹ enūtiatio. ſcit. n. eo ꝙ h eſt h.
v. g. ꝙ anguli triāguli ſunt eq̄les ⁊c. Si vo intelligat 2°
mō: nego illā ⁊ ꝯñr maiorē que aſſumit in ꝓbatiōe hui⁹
ſ. ꝙ nō plus repugnat ſyllo ⁊c. Et cū ꝓbat: qꝛ eque nec̄io
pexigit ⁊c. Dico ꝙ ꝓbatio nulla eſt: qꝛ nō ſeqt: notitia
ꝯnis eque nec̄io pexigit notitiā pmiſſaꝝ: ſic notitia pnci
pij notitiā terminoꝝ: igit ſic eadē notitia q cogſcit pn̄m
cogſcunt termini: ſic ea notitia qua cogſcit ꝯ cogſcunt
premiſſe. Et rō eſt qꝛ vltra talē pexigentiā alia cā eſt ex
pte pncipij que eſt potioꝛ imo pciſa ⁊ totalis ei⁹ qō di. ſ.
qꝛ termini ſeu ſigñata terminoꝝ claudunt ifra per ſe ſi-
gnificatū pncipij: ⁊ iō notitia pncipij ſeu que eſt pn̄m ca-
dens ſup ſuū ſigñatū totale nec̄io cadit ſup ſigñata ter-
minoꝝ: que ſūt ptes ei⁹: nō ſic aūt eſt de ꝯne: qꝛ ſigñata
totalia pn̄m nō claudunt ifra per ſe ſigñatū ꝯnis. ¶ Cō
firmat ſolō ex dictis arguentis: vult. n. ipſe ꝙ aliq ꝓpō
demrabilis eſt cogſcibilis experiētia: ponat igit ꝙ aliq
ſic cogſcat: ꝯſtat ꝙ illa notitia cadet pciſe ſup ſic eē: ſic
illa ꝓpō ſigñat: ⁊ nō ſup ſic eē ſic ſigñant aliq pn̄ᵃ ex qb⁹
poſſet demrari: nunꝗ̄ aūt notitia pncipij cadere pōt ſup
ſigñatū ſuūꝫ gn cadat ſup ſigñata terminoꝝ. nō eſt igit
ſimile. ¶ p. Nullā apparētiā veritatis hꝫ: ꝙ ſi vnū ve-
rū ⁊ ptes ſue pñt apphēdi vno actu ēt diuerſa va: quoꝝ
neutrū eſt ps alteri⁹ poſſint apphēdi vno actu: nec ēt ap-
parētiā hꝫ ꝙ ſi vnus act⁹ pōt eē affirmatio ſigñans vnū
verū: ꝙ vn⁹ ēt act⁹ poſſit eē affirmatio ⁊ negatio ſigñans
duo vera: nā pᵐ vtriqꝫ poſe eſt: 2m aūt in nobis ſimplr eſt
ipoſe per nāꝫ: ⁊ tm̄ h 2m dari opꝫ ſm ſic arguētē vt ſupra
eſt oſtēſum. Qō ēt aſſumit: ꝙ notitia ꝯnis nec̄io pexigit
notitiā pmiſſarū. verū ſit verū ⁊ in quo ſenſu nō curo ꝓ
nūc: qꝛ nō eſt op⁹ ad ſoluēdū argumētū ſm tm̄ doctorē q
p° fecit rōnē illā: h negādū eſſet: ſic pꝫ per illud qō dcm̄
eſt de ꝓpōne demrabili cognoſcibili per experiētiā: ve-
rūtm̄ ipſe ponit minorē ſuā ſine ꝓbatione. Et ali⁹ ſequēs
eū addit ꝓbationē: q tm̄ nō ꝯcordat cū eo in dicto eodez.
¶ Ad 2m dico pꝫ ꝙ rō illa ꝓcedit ꝯ tenentes ꝯnē ad quā Ad 2m
ꝓbādā adducit: ſaltē ꝯtra duos: quoꝝ vltimo poſite ſūt
rōnes. Nā vterqꝫ vult: ꝙ ois actus ſciēdi cōſtāter cadat
ſup ꝯnē ⁊ pn̄ᵃ: ⁊ per ꝯñs ois ſcia eſt ſapia: qō ipſi nō iten-
dunt: neqꝫ phs. Tn̄ rn̄° ad rōnē negādo añs. ſi itelligat.
ꝙ ſi vnus hitus numero nō icludēs hitus diſtinctos ſm
ſpēm. Eſt aūt ſapia vn⁹ hitus totalis icludēs eū itellectū
ꝙ̄ ſciam ab vtroqꝫ differēs: ſicut totū a pte vt ibidē vult
Euſtratius. Et dicit vnus illo mō quo tota metaphyſica
(que forte ſola ſm phm ꝓprie ſapia di) eſt vna ſcia: de
quo mō videbit in articulo ſequēti. ¶ Ad 3m dōm ꝙ nō Ad 3m
ꝓbat ꝓpoſitū: ſed ſi qd ꝓbat: ꝓbat ſolū: ꝙ notitiaꝫ ꝯnis
ſeu de ſic eſſe ⁊c. depēdet ex notitia pncipioꝝ ad eūdem
ſenſum: ex h aūt nō ſequit: ꝙ ſit eadē notitia qua cogno
ſcit ꝯcluſio ⁊ pn̄ᵃ. ¶ p. Alius apparet defect⁹ rōnis: qꝛ
ſimili mō ꝓbaret ꝙ nullus effect⁹ pōt cognoſci niſi co-
gnoſceret cā ei⁹ a qua depēdet: ac per hoc niſi cognoſce-
ret de⁹: ⁊ qō plus eſt: niſi eadē notitia numero cognoſce-
ret: qō patēter eſt falſum. Qō etiā ex pho allegat nō eſt
ad ꝓpoſitū. Nā phus nō itēdit ponere ſimilitudinē iter 2. meta.
vnā ⁊ aliā ſm depēdētiā vnius ad alterā ieſſe: ⁊ depēdē t. cō. 4.
tiaꝫ etiā in cognoſci: vt vꝫ. ſicut hec ſine illa eſſe nō pōt:
ita niſi per illā cognoſci nō poſſit. Sed itendit cōparare
rem ad ſuā veritatē ſm permanētiā ⁊ varietatē ſeu ne-
ceſſitatē ⁊ ꝯtingētiā: vt vꝫ. ſi eſt res in ſe permanēs ⁊ in-
uariabilis in eſſe: ei⁹ veritas eſt inuariabilis: ⁊ qō cogno
ſcit de ipſa eſt inuariabiliter verū: ⁊ tāto plus vel min⁹:
quāto in eſſe fuerit plus vel minus: ⁊ iō inquit phus qua
propter ſemper exiſtētium pncipia ſemp eſſe veriſſima
neceſſe eſt. Nō enim quandoqꝫ vera: ſed ſupple ſemper.
Et ratio eſt: qꝛ nō quādoqꝫ ſunt ⁊ quādoqꝫ nō ſunt: ſed
ſunt ſemper. Et ſtatim cōcludit quare vnūquodqꝫ ſicut
ſe habet vt ita ſit ⁊ ad veritatē. i. inquit Comentatoꝛ ꝙ com. 4.
quāto magis fuerit perfectū in eſſe tanto magis erit per
fectum in eſſendo verū. Et ſic patet: ꝙ auctoritas cui in-
nitit ratio illa: nō eſt ad ꝓpoſitū ſuūꝫ. ¶ Ad 4m dico ꝙ Ad 4m
añs pōt intelligi dupliciter: vno mō ꝙ ipoſſibile eſt con
cluſionem euidēter cognoſci ex hoc pcipue: ꝙ itellectus
fert abſolute ſuper cōcluſionē: excludendo. ſ. eius latio-
nem preſentez ⁊ preteritā ſuper pncipia. Et in hoc ſenſu

loquẽdo de po' nãli ⁊ de notitia que ꝓpe dr̃ ſcia: qḋ dico
ꝓpter notitiã experimẽtalẽ. Si tñ hẽri poſſit de aliq̃ ꝯ-
ne ſcibili pȯt ↄcedi añs. ⁊ negãda eſt ↄñtia. Alio mȯ pȯt
itelligi ꝙ ex ħ ꝑcipue ⁊c̃. i. eo actu q̊ ꝑciſe ferẽ ſup ꝯnẽ: ⁊
Ad 5m ſic eſt negãdũ añs. ⸿ Ad 5m ↄcedo qḋ fit de maiore. Nã apȯ
multos eſt dubiũ vꝝ aliq̃ notitia creata habita vel hĩ-
polis nãlr ſic eſſentialr ſit notitia: ꝙ nõ poſſit ẽt exñs in
aĩa nõ ẽẽ notitia. Cũdo tñ ad vim argumẽti. Dico ꝙ ali-
qs act' ꝑciſe cadẽs ſup ſic ẽẽ ſicut ſignat ꝯ eſt talis ꝙ oĩ
alio actu circũſcripto ipſo in aĩa poſito hñs ipm̃ ſcit. Et
ſi act' ſciẽdi nõ poſſit ẽẽ in aĩa qn̄ ſit notitia: dico ꝙ iſte
act' ꝑciſe cadẽs ſup ꝯnem eſt talis: ꝙ eo poſito in aĩa oĩ
alio actu circũſcripto: ↄdictio eſt nõ ſcire. Et ſic pꝫ ꝙ mi-
Ad 6m noꝛ rõnis eſt negãda. ⸿ Ad 6m ↄceſſa ſilitudine ad bonũ
itellectũ: argm̃ nõ ꝓbat ꝓpoſitũ: qm̃ quãuis illud qḋ ad
finẽ eſt: nõ appetaẽ niſi ꝑꝑ finẽ: nõ tñ codẽ appetitu ap-
petiẽ vtrũqꝫ: ſꝫ appetit' finis cã eſt appetit' illius qḋ eſt
ad finẽ. vñ ⁊ ħ ipm̃ eſt aliquid appeti ꝑꝑ aliud: qḋ eſt ap-
peti: qꝛ appetiẽ aliud ⁊ ꝙ appetitionẽ illi' ẽẽ cãꝫ appeti-
tiõis iſti'. ſic in ꝓpoſito. Et ſi ꝯ ſit nõ ꝑꝑ ꝑnm̃: nõ tñ eadẽ
eſt notitia vtriuſqꝫ: ſꝫ notitia ꝑncipij eſt cã notitie ꝯnis:
Ad 7m ex q̊ ſeqẽ opp̃m. vꝫ ꝙ nõ ſit eadẽ notitia vtriuſqꝫ. ⸿ Ad
7m dico: ꝙ ex nullo illoꝝ: ſꝫ ex notitia ꝑnoꝝ cãlr hẽt noti-
tiã de ꝯne: ſiue aũt ſil' hẽat has notitias: ſiue nõ: nõ eſt tñ
ꝑnoꝝ ⁊ ꝯnis vna notitia. Ad ↄfirmationẽ dõm eſt: ꝙ aliȯ
eſt dictu: ſcire eſt cog̃ſcẽ ħ ꝑꝑ ħ. Aliud eſt dictu ſcire eſt
cog̃ſcẽ ꝙ ħ eſt ꝑꝑ ħ. Primũ. n. vlr verũ eſt. Nã ſcire ac-
cipiẽdo ꝓprie oẽ ſcire eſt cognitio ꝯnis ad ſeu ſuꝫ ſuperi'
datũ cãta ex notitijs ꝑoꝛib'. Et iȯ qȯlibet ſcire eſt cogno-
ſcere ħ: vel cognitio hui' ꝑꝑ ħ. i. ꝑꝑ ꝑoꝛes notitias ex qui-
bus cãtur. ⸿ Scdm̃ aũt nõ vlr eſt verũ: tũ qꝛ ille q̇ ſcit
aliq̇d ꝑciſe a ꝑoꝛi nõ cog̃ſcit: ꝙ ħ eſt ꝑꝑ ħ. Tũ ẽt: qꝛ nec
oĩs q̇ ſcit a ꝑoꝛi ⁊ ꝑ cãꝫ: ſcit vl' cog̃ſcit ꝙ ħ ẽ ꝑꝑ ħ. ⸿ Vñ
demr̃ans ꝙ luna eſt eclipſabilis ſic: oẽ recipiẽs lumẽ ab
alio iter qḋ ⁊ ipm̃ pȯt iterponi corp' opacũ eſt eclipſabi-
le: luna eſt hõ. g̊ ⁊c̃. q̈uis a ꝑoꝛi ⁊ ꝑ cãm̃ cog̃ſcat ꝙ luna ẽ
eclipſabilis: nõ tñ ꝑ illã demr̃ationẽ vel ſciaꝫ ab ipa cã-
tã cog̃ſcit ꝙ luna eſt eclipſabilis ꝑꝑ illã cãm̃. vꝫ ꝙ iter
eã ⁊ ſolẽ pȯt opacũ iterponi: ħ. n. enũtiabile. ſ. luna ẽ ecli-
pſabilis: qꝛ recipit lumẽ a ſole: ⁊ iter eã ⁊ ſolẽ pȯt opacũ
iterponi. eſt aliud ab iſto. luna eſt eclipſabilis. ⁊ pȯt hec
2m cog̃ſci nõ cognita ꝑa. ⸿ P̃. Si ꝑm̃ ↄtigat ſcire ꝑ demr̃a-
tionẽ ſcia ei' nõ cadit obiectiue ſup ei' ꝑnm̃: ſꝫ ꝑciſe ſup eã.
⸿ Ex his pꝫ: ꝙ illa ↄfirmatio falſũ aſſumit. ⸿ Ad ꝓba-
tionẽ dõm: ꝙ ph̃s in v̇bis illis nõ loq̃ẽ de aliq̊ vno ſcire
tñ: ſꝫ de m̃ltis ſcire ſil' qb' oĩb' res ꝑfectiſſime ſciẽ: ⁊ cog-
ſciẽ. ⸿ Vñ ſcire de q̊ loq̃ẽ aggregat in ſe ſciam: qꝛ eſt: ⁊
ſciaꝫ ꝑꝑ q̇d eſt: que vtiqꝫ alie ſũt abiuicẽ: ſic̃ eſt qȯ: qꝛ ẽ
alia a qȯne ꝑꝑ q̇d eſt: vt pꝫ 2o poſt. in ꝑno. Et certe ad ꝑfe-
ctã notitiã rei nõ ſufficit ſcire: ꝗꝛ eſt talis vel talis: ſꝫ req-
riẽ: vt ẽt ſciaẽ ꝑꝑ q̇d ⁊ ꝑꝑ quã cãꝫ eſt talis. Nos aũt loq-
mur de vno ſcire de q̊ ipe ſtati loquẽs diffinit ipꝫ: dicẽs.
Scire eſt ꝑ demr̃ationẽ itelligẽ. ⁊ ħ cõe eſt cuilꝫ ſcire ꝓ-
Ad 8m prie dicto. ⸿ Ad 8m nego miorẽ: ſiue. n. v̇itas ꝯnis ſit iun-
cta v̇itati ꝑncipij ſiue nõ: ipa tñ eſt ꝑciſe alia ⁊ diſtincta a
v̇itate ꝑncipij. Et ſilr eſt alia bonitas finis. v̇. g. ſanitatis:
⁊ alia ei' qḋ eſt ad finẽ vtpote potiõis amare. Dr̃. n. bona
potio: qꝛ eſt cãtiua ſanitatis: ſm̃ quã rõnẽ nõ dr̃ ſanitas
Ad 9m bona. ⸿ Ad 9m pꝫ: q̇d ſit dõm ex dictis in ſolone ↄfirma-
tiõis ſeptimi argumẽti. Ad illȯ aũt qḋ ſpãlr addiẽ illi. ſ.
ꝙ noſſe ꝙ ħ eſt ſimplr ⁊ ex ſe nõ eſt ſcire. dico ꝙ ſi illud
velit itelligi: ꝙ nõ oẽ noſce ꝙ ħ eſt: eſt ſcire: ↄcedo: ſꝫ ꝑꝑ
ħ nihil ad ꝓpoṁ. Si v̇o velit itelligi: ꝙ nullũ noſſe ꝙ ħ
eſt: eſt ſcire: neo: imo falſuꝫ eſt. Nam tale noſſe qḋ nõ eſt
ꝑm̃ ſꝫ ꝑ ꝑoꝛa noſſe ſeu ꝑoꝛes notitias q̃les ad demr̃ationẽ

requirũẽ cãtiũ vtiqꝫ eſt de ſcire. ⸿ Ad 10m dico ꝙ mioꝛ ẽ Ad 10m
falſa: ſic̃ ſupra dcm̃ eſt: ⁊ ifra ꝓbabiẽ. Nũc reſtat videẽ ad
rõnes alteri' opinionis in ꝑnc' hui' articli poſitas. ⸿ Ad ad rões
ꝑm̃: dico ꝑ ꝙ dãdo ſibi q̈ntũcũqꝫ pȯt ſibi dari ſm̃ ſuã for- henrici
mã nõ ↄcludiẽ ſuũ ꝓpoṁ. ſ. ꝙ vn' hit' ſit oium taliũ. v̇. g. ſupidu-
geometrã ⁊ metã ↄnũ aut ſilr oiuꝫ q̈rũlꝫ aliaꝝ vnius ctas
gnis. rȯ eſt: qꝛ nõ quelꝫ ꝯ eiuſdẽ gnis ſcie eſt ꝑnm̃ reṁ alte-
rius vel eꝯ. ⸿ 2o dico: ꝙ vr̃ mihi ↄñs ronabilr poſſe ↄce-
di qꝛ q̈uis añ gnõnẽ hit' nõ poſſit nãlr hĩ notitia ꝯ-
nis niſi per actuales notitias ꝑnoꝝ eoꝝ. ſ. ex qb' imedia-
te deduciẽ qñ tñ gñato hitu: qs illo mediãte poſſit eliceẽ
notitiã ꝯnis: nõ eliciẽdo notitiã ꝑmiſſarũ nõ video: ⁊ tñ
ẽt tũc ꝯ diceẽ cog̃ſci nõ ex ſe: ſꝫ ꝑ ꝑna añcedẽter. ſ. ⁊ cãlr:
lꝫ mediate: qm̃ ex notitijs ꝑnoꝝ cauſate ſunt notitie ꝯnis
vel notitia: ex q̃ vel qb' genit' eſt habit': q̇ ſimiliũ noti-
tiaꝝ poſſit eſſe ꝑnm̃ ⁊ ſm̃ ħ pꝫ ꝙ argumẽtũ nõ ↄcludit ꝙ
ꝯnis ⁊ ꝑnoꝝ ſit vn' habit'. ⸿ 3o qui ↄñs nollet ↄcedẽ pȯt
negare ↄñtiã: qꝛ diceret ꝙ q̃ñcũqꝫ ꝯ cognoſciẽ per actũ
mediãte hitu ſuo circa ipſaꝫ elicito ſimĺ cog̃ſciẽ ꝑnm̃ per
aliũ actũ mediãte habitu ꝑncipij circa ipm̃ elicitũ. Eſto
igiẽ ꝙ nõ poſſit itẽdi habit' ꝯnis ſine itẽſione habit' ꝑn-
cipij: nõ tñ ſeqẽ ꝙ ſit idẽ habitus numero hui' ⁊ illi': ſic̃
nec eadẽ eſt notitia. ⸿ 4o dico: ꝙ nõ ſolũ poſt habitũ: ſꝫ
⁊ ante pȯt cog̃ſci ↄcluſio. eſto ꝙ tũc actualr nõ cog̃ſcanẽ
oia ꝑa ei' mediata ⁊ imediata vſqꝫ ad ꝑma: alias nunq̃
poſſet nãlr acq̇ri notitia ꝯnis tertie: vel. 15e. aut alterius:
multis alijs ꝑſuppoſitis: cũ nõ ſit poĺe ſimĺ tot notitias
nãlr hẽ: vt experiẽtia manifeſtat: vñ vr̃ mihi: ꝙ ſicut il-
la ꝑma notia ⁊ ꝓpȯ que eſt maioꝛ demr̃atiõis mẽtalis ⁊
alia ẽt ꝑa ꝓpȯ que eſt minoꝛ cauſant notitiã tertiaꝫ que
eſt ↄcluſio: ⁊ ꝓpȯ nõ ꝑma: ſic iſta notitia tertia remanẽs
in itellectu vel cũ q̃daꝫ alia notitia ꝑma: vel ẽt nõ ꝑma.
Si tñ ambe ſint ꝑmiſſe eiuſdẽ demr̃ationis cãnt aliam
tertiã: ẽt ſi ille due ꝑme ex qb' ꝑma ↄcluſio cãta fuit de-
ſierit eſſe. rurſus ⁊ iſta tertia cũ q̃dã alia cauſat aliam: ⁊
ſic vltra: nec oꝫ imo nec eſt nãlr poĺe: ꝙ cuiuſlibet ꝯnis
oĩa ꝑnã ſimĺ actu cognoſcanẽ. Et per ↄñs nec ꝙ coꝝ ha-
bitus ſimĺ itendanẽ. per qḋ ẽt pꝫ: ꝙ rȯ illa nõ ſufficiẽter
ꝓbat ꝙ ꝯnis ⁊ oium ꝑnoꝝ ſuoꝝ ſit vn' habit' nuõ: ſic̃ in-
tendit opinio. ⸿ Ad 2m ↄcedo ꝯnẽ que ſeqẽ: ꝙ. ſ. hitus Ad 2m
itellectualis eſt vn' nuõ: nõ tñ ex ħ ſeqẽ ꝙ diuerſaꝝ ꝯ-
nũ aut ꝯnis ⁊ ꝑnoꝝ ſit vn' hitus nuõ: qꝛ nec ſũt ẽt eiuſdẽ
ſpẽi. vñ ſicut hitus corpalis vni' ſpẽi ſpãliſſime eſt vna
forma nuõ in vno ſubiecto. Nõ aũt oẽs habit' corporales
eiuſdẽ gnis exñtes in eodẽ ſubiecto ſunt vn' habit' nuõ:
niſi per accñs rõne vni' ſubiecti. vñ albedo ⁊ dulcedo nõ
ſũt per ſe vn' hitus nuõ: ⁊ ſic̃ ẽt hitus affectiu' vel mora-
lis vnius ſpẽ exñs in eodẽ ſubiecto eſt vnus nuõ: nõ tñ oẽs
hit' morales eiuſdẽ gnis exñtes in eodẽ ſubiecto ſũt per
ſe vn' hitus nuõ: imo ẽt nec iuſtitia cõmutatiua ⁊ iuſti-
tia diſtributiua que ſub ꝓpinquori gñe hitus ↄtinenẽ ſũt
vn' hitus nuõ: nec ẽt tẽperãtia circa paſſiones guſt' ⁊ tẽ-
perãtia circa paſſiões tact' ſũt vn' hit' nuõ. Et vlr nulli
hitus inclinãtes ad act' diſſimiles ⁊ nõ eiuſdẽ rõnis (q̈n-
tũcũqꝫ ſint in eodẽ ſubiecto) ſunt per ſe vnus hitus nuõ:
ſicut inq̃ꝫ eſt in pcedẽ. ſic ẽt eſt de habitib' itellectualib'.
Nam quilibet habit' vnius ſpeciei ſpecialiſſime vnius
ſubiecti eſt vn' numero: nõ minus q̃ꝫ habit' corporalis
vel habitus moralis: ſed habit' diuerſarũ ſpecierũ (qua-
les ſũt hitus diuerſaꝝ ꝯnũ ⁊ hitus ꝯnis ⁊ hitus ꝑncipio-
rum.) nõ ſunt per ſe vnus hitus numero: de qua vnitate
numerali hitus nũc eſt ſermo. ⸿ Ad 3m dico: ꝙ ſi quecũ- Ad 3m
qꝫ forme que nõ ſũt per ſe vna forma nũero dicanẽ vnũ
vel vna per aggregationẽ tñ ↄcedo ꝑmã partem ↄñtis: ⁊
etiã ſecũdã ſi itelligaẽ ꝑciſe de vnitate numerali. vnde

nec metaph. ⁊ geome⁹ ſunt vna forma numero: nec oēs
partiales geometrie ſūt vna per ſe geometria vel vn⁹ ha
bit⁹ aut vna forma numero tn̄. Ueruntn̄ vna partialis
geometria cū alia magis ꝯuenit: ꝙ̄ cū metaph. qꝛ in infe
riori ⁊ gn̄e ꝑpingori. Sicut ēt vna tēperātia magis ꝯue
nit cū alia alterius ſpēi: ꝙ̄ ꝯueniat cū liberalitate vel iu
Ad 4^m ſtitia: nec tn̄ (vt dcm̄ eſt) ſūt vnus hitus numero. ¶ Ad
4^m ꝯcedo añs ⁊ ſimilr̄ ꝯñam ⁊ ꝯñs: qꝛ eſt īdefinitū. Sꝫ
ex h nō ꝯcludit ꝓpoſitū: tū qꝛ nō oēs ꝯnes vel ſcie eiuſ
dem generis (vbi grā geometrie) ſunt adinuicē eēntia
liter ordinate: qnimo alique ſunt nullatenus īucē depē
dentes: vt ſuperius dcm̄ eſt. ⁊ per ꝯñs ſaltē de talib⁹ nō
ꝓbaret arg^m: qđ intēdit arguēs ꝓbare. Tū qꝛ ēt eſto ꝙ
iſter eēntialiter ordinatas ſit dare ꝑmā: videlicet illā ad
quā ſtat vltima reſolutio: nō ſequiṫ ꝙ oēs ille eēntialr̄
ordinate ſint vna: ſiue itelligaṫ de ꝯnib⁹ ſiue de ſciētijs
ſeu habitib⁹: qđ eſſet ꝓbanduꝫ. Sed ſequiṫ ꝙ illa p^a eſt
vna. qđ ꝯcedo: imo argumentuꝫ magis arguit oppoſitū:
qm̄ quecūqꝫ ſunt eēntialiter ordinata: ſūt realiter nume
Ad 5^m ro diſtincta ⁊ ſpecie. ¶ Ad 5^m nego maiorē. Nā vna po
tentia numero pōt habere actus diuerſarū rationū ⁊ cir
ca diuerſa obiecta ſpecifice. habit⁹ aūt vnus ſpecie ⁊ nu
mero nō habet actus taliter diuerſos neqꝫ obiecta.

2^a arti. **Quantum** ad 2^m articulū: qualiter pluriū ꝯnū ſit
ſcia vna vel habitus vnus: ⁊ quarū ſic:
⁊ quarū nō. Pono ꝯnes tres. ¶ Prima eſt ꝙ ſi ꝯnū que
dicunṫ ad vnā ſciam ꝑtinere ſubcta ſunt vnū gn̄e ſubal
terno ⁊ oīum illarū multitudo dr̄ vna ſcia vnitate gene
ris ſubalterni. 2^a ꝙ taliter ſunt vna ſcia ille ſole ſpāles
⁊ partiales ſcie: qualr̄ eſt idem genus per ſe ſubcti. 3^a ꝙ
nō qcūqꝫ habit⁹ habēt idē genus per ſe ſubcti ſunt vnus
tali vnitate. Sed qcūqꝫ hnt idē genus ſubcti ⁊ ex eiſdeꝫ
gn̄e ꝑmis ꝑncipijs ꝓcedūt ſunt ſic: ſeu tali vnitate gene
p^a ꝯ ris vnus. ¶ Primā ꝯnē ꝓbo. aut taliū ſcientiaꝝ vnitas
eſt numeralis: aut ſpecifica ſpāliſſime: aut eſt vnitas tn̄
generis gn̄aliſſimi: vel ea aliqua alia minor: aut eſt vni
tas generis ſubalterni: non aūt eſt vnitas numeralis: vt
ꝓbatum eſt articulo ꝑcedēti: nec vnitas ſpēi ſpāliſſime.
Nā obctoꝝ ſcibiliū alterius ⁊ alterius rōnis ſcie ſūt al
terius ⁊ alterius rōnis: ⁊ nō ſolū hec: ſed eiuſdē obcti ſci
bilis ſcia a ꝑori ⁊ ſcia a poſteriori ſunt diuerſarū rōnuꝫ:
2^m vt pꝫ ex ꝑcedēti qōne. ¶ P̄. Magis ꝯuenit ſcia quā hēt
Sortes de a. per aliq̄ ꝑn^a cū ſcia quacūqꝫ quā hēt Plato
de a. ēt per eadeꝫ ꝑn^a ſpecie. ꝙ̄ ſcia quā hēt Sortes de a.
cū ſcia quā hēt idē de b. igiṫ iſte due ſcie eiuſdē a. ⁊ b. dif
3^m ferunt ſpecie. ¶ P̄. Si oēs tales eſſent vna ſpecie: eſſent
ēt vna numero: cui⁹ oppoſitū eſt ꝓbatū: ꝯñtia pꝫ: qm̄ in
eadē aīa nō ſunt plures habitus numero ⁊ nō ſpecie dif
ferentes: vt oēs ꝯcedunt. Nō eſt igiṫ vnitas ſpēi ſpāliſſi
me: ſed nec eſt vnitas generis gn̄aliſſimi: vel alia minor
iſta: qm̄ tūc due particulares geometrie nō magis eſſent
vnius ſcie: ꝙ̄ vna medicina ⁊ geometria nec magis ꝯue
nirent ꝙ̄ geometria cū tēperantia vel albedine aut alia
qualitate corporali: cū oēs tales forme ſint eiuſdē gene
ris gn̄aliſſimi: ſcilꝫ q̄litatis. relinquiṫ ḡ ꝙ ſit vnitas ge
2^a ꝯ neris ſubalterni. ⁊ ſic pꝫ p^a ꝯcluſio. ¶ Scđaꝫ ꝯnē ꝓbo.
Quarūcūqꝫ ſciaꝝ eſt idē genus per ſe ſubctū: ⁊ eadē gn̄e
p^a ꝑn^a ꝓpria: ille ſunt vna ſcia vnitate ꝑdicta: ſed quarū
cūqꝫ eſt idē genus per ſe ſubcti: ſunt ēt eadeꝫ gn̄e p^a ꝑn^a
ꝓpria. igiṫ. maior pꝫ per ph̄m p^o poſt. cap penultimo di
centē. vna ſcia eſt: que eſt vnius generis ſubcti: quecūqꝫ
ex ꝑmis cōponiṫ. vnius aūt generis ſubcti vel dicunṫ il
le quaꝝ ſubcta ab eis ſꝫ vnā cōem rōnē vel ꝯceptū ſm̄
T.c.5.2. per ſe analogiā ad aliqđ vnū ꝯſideranṫ. ¶ Unū ph̄s 4°
metaph. Nō ſolū ingt eoꝝ que ſm̄ vnū dictoꝝ eſt vni⁹

ſcie ſpeculari. Sed ⁊ dictoꝝ ad vnā nāꝫ ſup quo Cōmē. Com.2.
ait. Res. n. que habēt vnā ſciam nō tn̄ ſunt quaꝝ ſubm̄
eſt vnū ſpecie aut gn̄e dicto vniuoce. Sed ⁊ quaruꝫ eſſe
attribuiṫ vni fini aut vni agenti aut vni ſubcto. Et h ꝓ
baṫ ibidē per exēplū de medicina. Dixi aūt ſm̄ vnā cō
munē rōnē ⁊c̄. qm̄ ſi alique ſcie de eiſdē reb⁹ ꝯſiderent:
nō aūt ſm̄ vnā rōnē ⁊c̄. nō dicunṫ ad vnaꝫ ſciam ꝑtine
re. vbi grā. de phyſica ⁊ geometria quarū vtraqꝫ de ma
gnitudinib⁹ ꝯſiderat: qꝛ tamē phyſica ꝯſiderat de his vt
ſunt paſſiones corpoꝝ nālium inquātū nālia ſunt: ⁊ earum
tn̄ paſſiones corpoꝝ eis ꝯuenientes inquātū huiꝰ. Geo
metria nō ſic: ſed inquātū magnitudines ſunt: ⁊ per cō
ſequēs ēt eaꝝ paſſiones inquātū hꝰ: iō geometria ⁊ phy
ſica nō ſunt vna ſcia mō ꝑdicto. Et hec omnia patēt per
ph̄m 2° phyſicoꝝ. ⁊ per Cōmē. ibidē. minor patet: qꝛ ſm̄ T.c.18.
ph̄m p^o poſterio. opꝫ ꝑn^a ſcie eſſe vnigenea per ſe ſubcto Com.16
eiuſdē: opꝫ ingt ipſa in eodē eē genere his que demrān ⁊18.
tur. ¶ Et pꝫ rōne: qm̄ nō ꝯuenit ex q̄libuſcūqꝫ ꝑncipijs
circa qđcūqꝫ genus entiū ꝯnes demonſtrare. Unde per
ꝑn^a geometrie nunꝙ̄ demōſtrabiṫ deū eſſe ſeparatum a
magnitudine aut eſſe intelligentē: vel cōtrarioꝝ eandeꝫ
eſſe diſciplinā: vt diciṫ p^o poſterioꝝ: neqꝫ per ꝑn^a phyſi
ce demōſtrabiṫ: ꝙ ſup quālibet lineā rectā ꝯſtringit triā
gulū equilaterū collocare. ¶ Hoc ēt patet inducēdo. vi
demus enim ꝙ qꝛ geometra cōſiderat de ꝯtinuo inquā
tum huiꝰ: idcirco ⁊ oīa ſua ꝑma ꝑn^a ſunt de cōtinuo: vel
de ſibi cōuenientibus inquātū huiꝰ. Sicut quecūqꝫ eidē
ſunt eq̄lia: inter ſe ſunt equalia. Et ſi ab equalib⁹ equalia
demas ⁊c̄. Et de pūcto ad punctū rectā lineam ducere: ⁊
ſic in ſingulis diſcurrendo oīa ad idē genus per ſe perti
nere ſubcti videbiṫ: phyſicus vō qꝛ nō ſub eadē rōne cō
ſiderat magnitudines nunꝙ̄ talib⁹ vtiṫ ꝑncipijs: inquā
tū dico phyſicus eſt. Et ideo qn̄ diuerſe ſcie ꝓbant eadē
ꝯnē per alia ⁊ alia ꝑma ꝑncipia: nō eſt earū ſub eadē rō
ne idē ſubm̄: ſed ſub alia ⁊ alia rōne. hoc pꝫ etiā per Aui.
p^o lib. ſue ſufficiētie. vbi oſtendens quō demōſtrationes cap.8.
aſtrologi ⁊ phyſici de rotunditate terre diuerſantur ait:
prius inducit ꝓbationes ſumptas ex cōparatione oppo
ſitionū ſituū ⁊ diſtantiarū. ¶ He aūt ſicut patet ſunt cō
ditiones ꝑtinētes ad genus ꝯtinui iquātū huiꝰ: ſub qua
rōne ꝯſiderat aſtrologus motus celoꝝ: vt dicit Cōmen.
2° metaph. Et ſubdit Auicē. ⁊ inuenimus ꝙ ſecūdus in Cō.25.
ducit ꝓbationes ſumptas ab eo qđ debet nā corporis na vl̄ p^o me.
turalis. vnde eſt naturale. Et ſic pꝫ ꝙ terra nō intrat cō com.19.
ſiderationē vtriuſqꝫ ſub vna rōne: ſed alia ⁊ alia: ac per
hoc ⁊ ipſi ex alijs ⁊ alijs demonſtrant ꝑncipijs. ſic igitur
patet vna pars ſeu vna exponētiū ꝓpoſite ꝯcluſionis. ſ.
ꝙ quarūcūqꝫ ſciētiarū eſt idē per ſe ſubm̄: ſunt eiuſdem
ſcie mō ꝑdicto. Reliqua pars exponēs ꝯnē illā. ſ. ꝙ nul
le alie ab iſtis ſic pertineant ad vnā ſciam. ꝓbaṫ: qꝛ qua
rūcūqꝫ ſcientiarū ſunt alia ⁊ alia ꝑncipia ꝑma gn̄e: ipſe
ſūt alie ⁊ alie ſcie: ſed quarūcūqꝫ nō eſt idē per ſe ſubm̄:
ſunt alia ⁊ alia propria ꝑncipia gn̄e. igiṫ. maior patet per
ph̄m p^o poſte. dicēs. Sciētia eſt altera ab altera quarūcū
qꝫ ꝑncipia neqꝫ ex eiſdeꝫ neqꝫ ex alteris nec ſe inuicem
ſunt. nō loquiṫ de ꝑncipijs imediatis ⁊ primis que ſunt
premiſſe: ex quibus imediate ꝯcluſio deduciṫ: qm̄ talia
ſunt alia ⁊ alia ad aliā ⁊ aliam ꝯcluſionē eiuſdē ſciētie:
ſed loquiṫ de principijs ad que ſtat vltima ꝯnis reſolu
tio: ⁊ hoc innuit qđ etiā ibidē ait. hui⁹ aūt ſignū cū inde
monſtrabilia veniat. ¶ Itēꝫ Cōmē. 3° meta. neceſſe eſt Com.3.
inquit vt ſcientie diuerſenṫ ꝓpter diuerſitatē earum in
principijs vt ſint modi demonſtrationum vſitataruꝫ in
arte aliqua alij a modo demonſtrationū alterius. minor
patet per ph̄m vbi ſupra. dicentem. multorum genere. i.

ſubycibili alia p̄n° ſunt. Et ſtatī ꝓbās ꝙ diuerſarū ſcię
tiarū ſūt diuerſa ꝓpria p° p̄n°: aſſumit ꝙ ex ſolis cōmu
nib° p̄ncipijs nō pn̄t oīa demōſtrari. Sed cū eis opꝫ ha
bere alia ꝓpria que ſunt alia ⁊ alia ſm̄ aliud ⁊ aliud ge
nus ſubiecti. ꝓpterea dicit. alia qdē in quātitatib°. alia
vō in qualitatibus ſunt: cum quibus demonſtrat̄ per cō
munia. Et in ſine capl̄i ait. Monſtratū eſt ꝙ altera p̄n
3° ꝯ cipia ſunt differentiuꝫ. ſ. genere ſubycibili. ❡ Concluſio
tertia ꝓbat̄. ſ. ꝙ loquendo de habitibus in cōmuni ⁊ nō
ſolū de ſcientificis de quibus tm̄ loquit̄ p̄cedēs ꝯcluſio
nō qcunqꝫ habitus habēt idē genus ſubieti pertinent ad
vnū habitū vnitate p̄dicta. Nā quorūcūqꝫ habituū ſunt
diuerſa p̄ma p̄ncipia illi ſunt diuerſi. pꝫ ex p̄cedentibus:
ſed aliquoꝝ quoꝝ eſt idem genus ſubiectum ſunt diuer
ſa p̄ncipia. patet de fide: ſcia: ⁊ opinione: quoꝝ poteſt eſſe
idem ſub eadem rōne ſubiectū: ⁊ tñ ſunt vel eſſe cū hoc
poſſunt diuerſa p̄ma p̄ncipia: eo ꝙ opinio nō tm̄ ex pro
prijs: ſꝫ etiā ex cōmunib° ⁊ extraneis poſſit haberi p̄nci
T.cō.5. pijs. Hoc ꝯfirmat̄: qꝛ ſm̄ p̄hm 4° meta. Circa idē genus
ſubm verſat̄ metap̄hica ⁊ dialectica. Conſtat aūt ꝙ non
per eadē p̄ncipia: alias opinio foret ſcia: igit̄ ⁊c̄.

3° arti. p° ꝯ **Quantum** ad 3ᵐ pono ꝯnes duas. Una eſt ꝙ non
oīum ꝯcluſionū theologicarū eſt vn°
habit° numero neqꝫ ſpecie ſpāliſſima. ꝓbat̄ per eūdem
modū quo ꝓbata eſt p° ꝯcluſio p̄mi articuli: tū. ſ. qꝛ non
qcūqꝫ hēt habitū vnius ꝯnis theologice pōt in actū cir
ca quālibet: tū qꝛ cū theologia vnius ꝯnis ſtat error alte
rius ꝯnis in eodē. Tū qꝛ theologia vni° perdi pōt rema
nēte theologia alteri°. applica ⁊ extēde conformiter iſta
2° ꝯ media ad illa. ❡ Scđa ꝯ oīuꝫ theologicaꝝ ꝯnū eſt vna
oīs theologia quēadmodū eſt oīuꝫ geometraliū vna geo
metria vel medicinaliū vna medicina. Patet: qꝛ oīuꝫ ta
liū ſubiecta ꝯſiderant̄ in attributiōe ad vnū per ſe: ⁊ p° in
ea ꝯſiderandū. ſ. ad deū. ⁊ per eadē p̄n° p° oēs ꝯnes theo
logicē ꝓbantur. ſ. per auctoritates ſacri canonis: igit̄ ⁊c̄.
Patet ꝯſña: qꝛ ex vnitate p̄ncipioꝝ ⁊ vnitate per ſe ſub
iecti cōcludit̄ vnitas habitus ſepe dicta.

Ad arg. p̄ncil°. ❡ Ad argumentū p̄ncipale queſtionis dīm ꝙ minor eſt
falſa: ſicut probatū eſt ar° p̄mo. ꝗ ⁊c̄. Qō. IIII.

Quarto quero ⁊ penultimo circa ꝓlogū.
vtꝝ deus īquātū de° ſit ſubm̄ in
theologia nr̄a. Arguit̄ ꝙ nō: qꝛ deus non eſt
ſubm̄ in theologia. ꝗ nec īquātū de° eſt ſubm̄
in ea: ꝯña pꝫ: aūs ꝓbat̄: tū qꝛ de° eſt oīno ſim
plex. Nullū aūt ſimplex pōt eē ſubm̄ ſcie. Qō ꝓbat̄ p°:
qꝛ opꝫ ſubm̄ ſcie eē aliquo mō notū ⁊ aliq̄ mō ignotuꝫ.
Nā ꝯfuſa cognitio ſubieti p̄ſupponit̄ in ſcia ⁊ ingrit̄ di
ſtincta. Simplex aūt aut nullo mō eſt notū aut notū to
T.c.22. talr: vt pꝫ ex 9° metap̄h°. ❡ Itē 7° meta. di: ꝙ in ſimpli
T.c.59. cib° nō eſt qō neqꝫ doctrina. vbi aūt nō eſt qō nō eſt ſcię
tia: cū oīs ꝯcluſio ſcie ſit qō: igit̄. Tū qꝛ deus eſt res ſin
gularis ⁊ nullū ſingulare eſt ſubm̄ ſcie: cuꝫ nō hēat ptes
ſubiectiuas quarū paſſiones ⁊ ꝓprietates in ſcia ingrun
T.c.53. tur: ēt de ſingularib° nō eſt ſcia vt pꝫ 7° meta. ❡ Ad op
poſitū. idē ⁊ ſub eadē rōne eſt ſbm̄ theologie nr̄e ⁊ theo
logie beatoꝝ: ꝗ deus īquātū deus eſt ſbm̄ theologie nr̄e.
Cōſequētia pꝫ: qm̄ deus īquātū deus eſt ſubm̄ ſcie beato
caplo.3. rum iuxta illud p̄me Joā. videbim° eū ſicuti eſt. Aūs ꝓ
bat̄. Nā idē eſt ſubm̄ theologie nr̄e ⁊ fidei nr̄e. ſicut col
cap.4. ligit̄ ex vbis Aug. 8. de tri. d. ꝓpter iſta. 3. fidē ſpem cha
ritatē in animo edificāda oīum diuinoꝝ libroꝝ machi
caplo.1. namēta ꝯſurgūt. Et lib. 14. dicit: ꝙ huic ſcie tribuit̄ illō
tātūmō quo fides ſaluberrima (que ad verā beatitudi
nē ducit) gignit̄ nutrit̄ ⁊c̄. Per h̄ innuēs ꝙ circa idē ſubꝫ
fides ⁊ theologia verſant̄. Idē vō ſubm̄ eſt noſtre fidei ⁊

viſionis beatoꝝ: ſic ꝓbāt vba Apl̄i p° ad corin. Uidem° cap.13.
nūc ꝑ ſpeculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. igit̄ ⁊c̄.
❡ In qōne erūt articuli duo. Naꝫ p̄mo videbit̄ quid ſit
rō ſubieti ſcie īquātū huiuſmodi. 2° videbit̄ de queſito.

Quantū ad p̄ᵐ dicit doctor qdā in p° lectura ſua: ꝙ Scot° i
rō p̄mi ſubieti eſt ꝯtinere in ſe p° virtualr p° lectu
oēs veritates habitus: ſeu ſicut dicit in lectura pariſieñ. ra ſua q̄
notitiā oīum veritatū habit°. ❡ Probat̄ p° ſic: ſubm̄ p̄ᵐ ſtiōe 3°
ꝯtinet ꝓpōnes imediatas: qꝛ ſubm̄ illarū ꝯtinet p̄dica ꝓlogi. ⁊
tū: ⁊ ita euidentiā toti° ꝓpōnis. ꝓpōnes vō imediate cō in lectu
tinent ꝯnes: igit̄ ſubm̄ ꝓpōnū imediatarum ꝯtinet oēs ra pari
veritates illius habitus: igit̄ ſubm̄ ſcie cōtinet oēs veri ſieñ. q.
tates ſcie. ❡ 2° p̄mitas hic accipit̄ ex p̄ poſte. ex diffini p°
tione vniuſis ſm̄ ꝙ dicit adequationē. ſbm̄ aūt ſe hꝫ ad 2ᵐ
habitū: ſicut cā ad effectū: nō eſt aūt cā adequata: niſi cō
tineat virtualiter totū effectum. igit̄ ⁊c̄. ❡ 3° in reporta 3ᵐ
tionib° ad idē ſic arguit. In eēntialiter ordinatis neceſſe
eſt ſtare ad aliqđ p̄ᵐ ſimplr: ſed cognoſcibilia alicuius
ſcie habēt eēntialē ordinē iter ſe in cognoſcibilitate: qꝛ
ꝯnes cognoſcunt̄ ex p̄ncipijs: ⁊ p̄n° tandē (etiā ſi ſunt im
mediata) cognoſcunt̄ ex terminis: terminus etiā p̄dica
ti p̄ncipij cognoſcit̄ ex rōne ſubieti: qꝛ p̄n° cōiter ſunt per
ſe 2° mō: igit̄ ſubm̄ cadit in diffinitiōe p̄dicati 7° meta.
In iſto igit̄ ordine tādē ſtat̄ ad aliqđ ſubm̄ ſimplex qđ
eſt ſubm̄ p̄ncipij vel p̄ncipioꝝ ex cuius notitia cognoſcū
tur oīa ptinētia ad ſciam: ⁊ ipm̄ nō eſt cognoſcē ex alijs:
illud igit̄ recte dicit̄ ſubm̄ p̄ᵐ ſcie: qꝛ in ſe ꝯtinet p° vir
tualiter notitiā ptinentiuꝫ ad ſciam. ❡ Exponit aūt qđ
dicit p̄mo virtualiter ꝯtinere: qꝛ illud eſt p̄mū qđ nō de
pendet ab alio: ſed alia ab ipſo. ita p̄mo ꝯtinere eſt nō de
pendere ab alijs in cōtinēdo: ſed alia ab ipſo: hoc eſt per
īpoſſibile circūſcripto omni alio in re: manēte intellectu
eius adhuc ꝯtineret: nihil aūt aliud ꝯtinet niſi per rōnē
eius. ❡ Hec opinio nō apparet mihi vera neqꝫ eius mo 5 ſcotū
tiua. Ad cui° falſitatē oſtendendū p̄mitto: ꝙ ſubm̄ ⁊ paſ
ſio in ꝓpoſito pn̄t duplr accipi. vno mō pro terminis mē
talibus: quoꝝ vnus vel formaliter ſm̄ ſe vel equiualen
ter eſt de altero p̄dicabilis in 2° mō dicendi per ſe. ita ꝙ
ille qui ſic pōt de altero predicari dicat̄ paſſio: ⁊ ille de
quo p̄dicat̄ dicat̄ ſubm̄. Dico aūt formalr ſm̄ ſe: ſi men
talis ꝓpoſitio eēntialiter cōponat̄ ex diſtinctis partib°:
quarū vna dicat̄ ſubm̄: alia vō p̄dicatū vt multi opinan
tur. Si vō ꝓpoſitio hui° nō ſic cōponat̄: ſed ſit act° eque
ſimplex vt aliqs terminus mētalis qui nō eſt ꝓpō equi
ualens tñ in ſignificādo plurib° talib° terminis ⁊ ꝓpōni
vocali vel alteri cōpoſite mō p̄dicto: aut ēt que equiua
let mētali cōpoſite: ſi q̄ foret talis: tunc inqꝫ talis paſſio
mētalis nō niſi equaliter dꝫ p̄dicari de ſubiecto. Alio mō
pn̄t iſta accipi pro reb° ipſis pro qb° termini ſupponunt:
vel quas ſignificant. Iſta ſatis nota ſunt ex vſu cōmuni
ſcholaſtico. ❡ Hoc p̄miſſo pono ſex ꝯnes. Pria eſt acci
piendo ſubm̄ ⁊ paſſionē 2° mō: nō oē ſubm̄ ſcie vel p̄nci
pij ꝯtinet virtualiter p° ſuā paſſionē. ❡ Scđa ꝙ notitia
ſubieti nō ſic ꝯtinet ſupra p̄mo virtualiter notitiā paſſio
nis: ⁊ ſi ſubm̄ ⁊ paſſio p° mō accepta nō ſunt aliud q̄ nō
titie icōplexe ſubieti ⁊ paſſionis 2° mō acceptoꝝ: vt aliq
voluīt: tūc idē eſt dictu p° mō accipiēdo ſubm̄ ⁊ paſſionē
ꝙ ſubm̄ nō ꝯtinet paſſionē. ❡ Tertia ꝙ notitia incōple
xa ſubieti ⁊ notitia paſſionis incōplexa 2° mō acceptoꝝ
ſubm̄ ⁊ paſſio ad intellectū iam datū nō ꝯtinet virtuali
ter p° ipm̄ p̄mū ſeu ꝓpoſitionē imediatā: que eſt euidēs
notitia: ❡ Quarta ꝙ vnū p̄nᵐ nō ꝯtinet p̄mo virtuali
ter aliud ſeu vna p̄miſſa aliā. ❡ Quinta ꝙ ſubm̄ ſcie nō
ꝯtinet virtualiter p° oēs veritates illius ſciētie. Ex quo
ꝯcludit̄ ꝙ rō aſſignata per doctorē iſtū nō eſt ratio p̄mi
ſubiecti

ſubiecti ſcie.6° dicet̃ que ſit ratio ꝓmi ſubiecti ſcientie.
p° ꝯ. ¶ Primã ꝯcloné ꝓbo ꝓmo ſic.ſi qðlibet ſubiectuȝ ſcie
ꝯtinet ſic ſuã paſſioné:quelibet huiꝰ paſſio eſſet alia res
ab ipſo ſubto actualis vl' potẽtialis.Cõſequẽs eſt falſuȝ.
ꝯñtia pȝ.q2 talis cõtinentia virtualis eſt cõtinẽtia cãlis
⁊ effectiua ſm iſtũ doctoré:qð pȝ tã in rõne ſua ſcða qua
dicit ꝙ obȝ ſeu ſubm(q2 idifferẽter vno ꝓ altero vtit̃)
ſe hȝ ad habitũ:ſicut cã ad effectuȝ:⁊ ex hoc concludit ꝙ
virtualr̃ cõtinet.Item manu ꝓpa poſtq̃ expoſuerat qd
eſt ꝓmo v̾tualr̃ ꝯtinere magis hoc ipm declarãs addidit
in margīe.idẽ ıngt eſt.a.vt habitualr̃ cognitũ ꝯtinere.b.
qð eſt ſpẽȝ.a.in memoria poſſe gignere ſpẽm.b.in itelli-
gẽtia.Pȝ igit̃ ꝙ loqt̃ in hac mã de ꝯtinentia v̾tuali cãe
effectiue.Cõſtat āt ꝙ ois res ſic ab alio ꝯtẽta:eſt alia res
ab illo:actualis vel potẽtialis:actualis iquã:ſi actu ipſa
eſt:potẽtialis v̾o ſi nõ eſt actu.¶ Sed falſitaté ꝯñtis ꝓ-
bo:⁊ ſumo grã exẽpli:lineã rectã finitã:vel angulũ recti
lineũ.de vtroq3 eni ꝓbat̃ ꝓmo Euclidis ꝙ eſt diuiſibilis
in duo media. Si iſta paſſio eſt alia res ⁊c̃. Uel eſt aliq̃
res actu exñs in linea q̃ ipa linea eſt formalr̃ diuiſibilis
que vocat̃ diuiſibilitas:vel linea nõ eſt diuiſibilis ꝑ hꝰ
diuiſibilitaté quã hẽt actualr̃:ſed ꝑ diuiſioné quã habet
poſſibilr̃.Si det̃ ꝓmũ poſſibile erit per dei potẽtiã eẽ li-
neã abſq3 tali nã.pȝ.Tũ q2 accñs põt eſſe ſine ſubiecto:
⁊ ꝑ ꝯñs ſubm ſine accñte.Tũ q2 deus põt nõ cãre illã di
uiſibilitaté:⁊ ſilr̃ ſuſpẽdere actioné linee reſpectu eiꝰ:ſic̃
ſuſpẽdit actioné ignis in camino pueroꝝ:⁊ ſic erit linea
⁊ idiuiſibilis:qð iplicat icõpoſſibilia:cũ ois linea ſit ma-
gnitudo:in ꝓ mõ dicẽdi ꝑ ſe.Si det̃ 2m.igit̃ linea qñ di-
2 uidit̃ cãt diuiſioné in ſeipſa:qð eſt abſurduȝ. ¶ ꝓ.Aut
talis diuiſio recipit̃ in linea añq̃ ſit diuiſa:aut poſt:aut
ſimul:dũ eſt ꝓ recepta in linea:linea eſt ꝓ diuiſa. Nõ pri-
mũ:q2 tũc diuiſio eſſet in linea:⁊ tñ linea non eẽt diuiſa:
qð videt̃ iplicare:⁊ ꝑterea non apparet quare vel qñ li-
nea poſtea erit diuiſa. Nec ſcðm:tñ q2 linea prius eẽt di
uiſa q̃ haberet diuiſioné:qð ſm illã imaginationé ipli-
cat:ſic ꝙ aliquid ſit albũ anteq̃ habeat albediné. ¶ ꝓ.
Ad quid poſtea ſuperueniret illa diuiſio. Si det̃ tertiũ.
igit̃ vl' in qualibet parte linee diuiſe recipit̃ tota diuiſio:
vel pars diuiſionis in parte linee:⁊ ſi vtrũq3 horũ detur.
ſequit̃ ꝙ vel quelibet pars erit diuiſa vel in aliquo erit
diuiſio:⁊ ipſum nõ erit diuiſum:que abſurda ſunt peni-
tus.Eodem mõ poſſet argui de angulo.¶ Item eſſe ãni-
hilabile eſt paſſio cõmunis omni creature.ſi igit̃ annihi
labilitas ſit alia res actualiter exñs in creatura.poterit
deus illã annihilare:⁊ creatura remanebit iannihilabi-
lis.Et ſi ſit aliqua res poſſibilis eẽ in creatura.ſequit̃ ꝙ
creatura põt eã in ſe cãre:⁊ ſic ſe annihilare:⁊ vlteriꝰ cuȝ
annihilatio recipiet̃ in creatura:creatura erit ⁊ non erit:
erit quidẽ ex quo recipit in ſe entitatem:nõ erit v̾o:quia
erit annihilata:ita de multis alijs paſſionibꝰ poſſet oſtẽ-
dĩ ꝙ non ſunt tales res diſtincte a ſuis ſubiectis:imo de
oibus talibus que ꝑdicãdo reddũt ꝓpõneȝ de poſſibili.
Scðo pȝ ꝯñtis falſitas de paſſionibus de deo dictis: ſic̃
creatiuũ incorruptibile ⁊ alie multe que de ipſo predican
tur in ſcðo mõ dicẽdi ꝑ ſe:⁊ tñ nulla ſignificat aliquã ré
2m a deo aliã que ſit paſſio dei.¶ Scðo ex eodeȝ põt argui
ad ꝑncipale ſic. Nulla res ab aliquo virtualr̃ ſic cõtenta
eſt in deo.igit̃ nõ omne ſubiectũ ſcðo mõ ꝯtinet virtua-
liter paſſioné.i.id qð ſignificat:⁊ ꝓ quo ſupponit paſſio
3m ꝓmo mõ dicta:añs ⁊ ꝯñtia clara ſunt. ¶ 3° nulla creatu-
ra cõtinet ꝓmo aliquã rem virtualr̃.igit̃ nõ omne ſubie-
ctũ ⁊c̃.ꝯñtia pȝ.q2 mlte paſſiões ꝯueniũt creaturis.añs
ꝓbat̃.q2 impoſe eſt aliquã rem eſſe vel fieri qn imedia-
4m te a deo ſaltem partialiter cauſaret̃.¶ Quarto arguitur

ſm intentionem pħi.naȝ ſphericitas eſt paſſio de celo ⁊ 2° celi.
aſtris demõſtrabilis:⁊ tñ eſto ꝙ ſit res diſticta a celo:nõ T.c.22.
tamé virtualr̃ ꝯtinet̃ ab eo:cum ipſum celum ſm inten- ⁊.48.
tioné pħi.nõ ſit cauſa effectiua ſue ſphericitatis:cuȝ illa
ſit eterna:⁊ res eterne ſm eum nõ habeãt cãm agentem
ꝓpe dictã.vt patebit 2° lib.¶ Scða ꝯ ꝓbat̃ ꝓ ſic.ois no 2° ꝯ.
titia ꝓmo ꝯtinẽs v̾tualr̃ aliã notitiã ꝯtinet ꝓmo virtua-
liter oẽm aliã notitiã ſine qua cauſaliter illa haberi non
põt.hoc pȝ ex expõne eoꝝ de ꝓmo virtualr̃ cõtinere:ſed
nõ cuiuſlibet ſubiecti notitia ꝯtinet virtualr̃ oẽm noti-
tiã:ſine qua cãliter notitia paſſionis nõ põt hři.igit̃ ⁊c̃.
Maior nota eſt in his paſſionibꝰ:q̃ ꝯnotãt res diſtictas
a ſubto:ſic̃ eſſe iformabile:qð eſt paſſio mãe:eſſe beatifi-
cabile:qð eſt paſſio rõnalis creature.eſſe riſibile: qð eſt
paſſio hoīs:⁊ ſic de multis alijs.¶ Cõſtat aũt ꝙ notitia
mãe nõ cõtinet ꝓmo virtualr̃ notitiã forme:cuiꝰ tñ noti
tia cauſalr̃ ꝑexigit̃ ad notitiã illiꝰ paſſiõis.Silr̃ nec no-
titia creature rõnalis.ꝓmo virtualr̃ ꝯtinet notitiã btitu-
dinis:nec notitia hoīs:riſus ſeu actus ridendi: et hec oia
ꝓbant̃:q2 nulla notitia vniꝰ rei ꝯtinet ꝓmo virtualr̃ no
titiã alterius(loquor de rebꝰ creatis)aut eni ītuitiua cõ
tinet intuitiuã:aut ītuitiua abſtractiuaȝ:aut abſtractiua
ītuitiuã:aut abſtractiua abſtractiuã.nõ ꝓmũ.tũ q2 ꝑ no-
titiã ītuitiuã vnius rei nõ põt haberi ītuitiua alteriꝰ:vt
ꝓbabit̃ ifra.d.3.tũ q2 multo magis hꝰ notitia põt cãri
ab ipſamet re cuiꝰ eſt ītuitiua:⁊ ꝑ ꝯñs nõ ꝓmo v̾tualr̃ cõ
tinet̃ a notitia ītuitiua alterius.nec ſcðm:q2 vel abſtra-
ctiuã cõem ⁊ cõfuſaȝ:hoc nõ:q2 talis etiã ab aliq̃ poterit
cãri:vel ꝓpriã ⁊ diſtinctã:⁊ hoc nõ etiã:q2 nulla talis po
teſt haberi niſi ꝑhabita ītuitiua eiuſdẽ rei:vt ifra ibidẽ
ꝓbabit̃.nec tertiũ põt dici.Tũ q2 abſtractiua nõ põt eẽ
ꝓma:⁊ per ꝯñs nec ꝓmo cõtinere.Tum q2 multo minus
per abſtractiuã vniꝰ rei põt haberi ītuitiua alterius q̃ ꝑ
ītuitiuã.Et ſcðm nõ eſt poſſibile.vt probatũ eſt. Nec q̃r-
tũ etiã põt dari ꝓpter cauſas iam tactas. ¶ Cõfirmat̃.
q2 vt cuilibet occurrit nunq̃ nãliter quis hẽt diſtinctã
notitiã de riſibilitate ſeu de eſſe riſibile abſtractiuã vel
ītuitiuã:niſi q2 perciperet ītuitiue vel percepiſſet actum
ridẽdi:⁊ per ꝯſequẽs nũq̃ per ſolã notitiã quam habere
poſſet naturalr̃ de hoīe poſſet habere notitiã huius paſ-
ſionis.¶ ꝓ.Paſſio corporis radioſi eſt poſſe cauſare ca
loré in corpore illuminabili ⁊ calefactibili.Et paſſio reu
barbari eſt eſſe purgatiuũ cholere:qnimo ſunt paſſiones
imediate de eis cognoſcibiles abſq3 demõſtratione:q̃libet
eni harũ eſt imediata.omne radioſum eſt calefactiuũ:et
oẽ reubarbarũ eſt purgatiuum cholere.Et tñ nec notitia
corꝑis radioſi ꝓmo v̾tualr̃ ꝯtinet notitiã illius paſſiõis:
cũ nõ ꝯtieat notitiã ꝓmã caloꝝ. Nec notitia reubarbari
cõtinet ꝓ notitiã ſue paſſiõis:cũ nõ ꝯtineat ꝓmã notitiã
cholere:ſine cuiꝰ notitia illa paſſio cognoſci nõ põt. Un̄
quãtũcũq3 hõ videt corpꝰ radioſuȝ vel reubarbaꝝ niſi et
percipet vl' ꝑcepiſſet caloré:⁊ cholerã ꝑ aliam notitiã nõ
cauſatã ab illa viſiõe:nũq̃ cognoſceret qd ſit poſſe cau-
ſare caloré:aut poſſe cholerã purgare.Silr̃ poſſet dici de
multis alijs reꝝ paſſionibꝰ.¶ ꝓ.Ad hoīeȝ ſic.ſi notitia
ſubti ꝯtineret ſic notitiaȝ paſſiõis.igit̃ per cuiuſcũq3 rei
notitiaȝ:abſq3 cuiuſcũq3 alteriꝰ rei notitia.poſſet euidẽ-
ter cogſci de illa q̃libet paſſio eiꝰ.ꝯñs eſt falſũ.q̃tũcũq3
eni quis ītueat̃ ſolé vel triãgulũ nũq̃ ex hac notitia pre
ciſe:⁊ ꝑ ꝯñs:nec ex aliq̃ alia notitia ꝓ cogſceret euidẽter
ſolé eẽ calefactiuũ:aut angulos triãguli valere duos re-
ctos.qnimo ad cogſcẽdũ ꝓm̃ regrit̃ notitia caloꝝ q̃ nũq̃
ꝑ vllã notitiã ītuitiuã ſolis ꝑciſe põt haberi:⁊ ad cogno-
ſcẽdũ ſcðȝ regrit̃ notitia anguli recti:⁊ notitia anguli ex-
trinſeci:vel alicuiꝰ alteriꝰ qð ſit mediũ deueniẽdi in ꝑdi-

ctam notitiã:ſicut docet experiẽtia. ¶ Itẽ eſſe a deo cõ-
ſeruabile ſine ſubiecto:eſſe ꝑpetuabile:eſſe annihilabile
ſunt paſſiones accñtis corporalis ſenſibilis ⁊ a nobis di-
ſtincte cognoſcibilis:⁊ tñ per nullã notitiã intuitiuã (quã
de hoͦ accidente poſſumus hr̃e) poſſunt tales paſſiones a
nobis euidẽter de illo cognoſci. Cõſequẽtia pꝫ ſm̃ dicta
eius. Nã notitia paſſionis ⁊ ſubiecti. cõtinẽt ṗmas ppo-
ſitiones:⁊ ille cõtinẽt ꝯnes. igit̃ de ṗmo ad vltimũ. noti-
tia ſubti cõtinet oẽs ꝯnes:⁊ hoc ꝯñs ſatis expꝛ̃ſſe ipſe dat
3ª ꝯ. ſupra in eius ꝓbatiõe ṗma. ¶ 3ª ꝯ ꝓbat̃. nã multe ſunt
ꝓpõnes imediate que ſũt ṗnª artis ⁊ ſcie in qb⁹ ꝑdicant̃
paſſiones ꝑpe de ſubiectis:nec tñ ad eas ſumendas ſuffi
cit notitia icomplexa etiã diſtincta ſubiecti:⁊ notitia di-
ſtincta paſſiõis:quales ſunt ille que ſumunt̃ per viã ſen-
ſus ⁊ experiẽtie:vt docet Phs in ꝓhemio metaphyſice.
⁊ 2º poſte͂ in fine. Vbi grã. omne reubarbarꝝ purgat chole
rã. vl̃ ois talis herba curat talẽ ifirmitatẽ. Omne corpus
luminoſuꝫ poſt corp⁹ opacũ ſi oppoſitũꝫ ſit ſibi:cãt vm-
brã:⁊ multe ſiles. Cõſtat enĩ ꝙ qs põt diſtinctã notitiaꝫ
icõplexã hr̃e de reubarbaro:⁊ de cholera etiã:⁊ de eo qd̃
eſt purgare:qui tñ nõ cognoſceret ꝙ omne reubarbarũꝫ
eſt purgatiuũ cholere:⁊ de facto hoc in multis hoĩb⁹ cõ-
tingit. qnĩmo per hoͦ notitias ſimplices ꝑciſe nũq̃ꝫ illud
cognoſcere quis poterit:imo qd̃ plus eſt:etiaꝫ ſi qs nouit
ꝙ h̃ ſingulare reubarbarũ eſt purgatiuũ cholere:⁊ illd̃:
⁊ ſic de pluribus:ad habẽdũ notitiã vl̃em:ꝙ omne reu-
barbarũ ⁊c̃. neceſſario requirit̃ quedaꝫ alia notitia vl̃is
nõ cãta ex illis ſingularib⁹:q̃lis eſt ſm̃ aliquos: ſi aliqd̃
abſolutũ vel ꝓprietas ꝯñs abſolutũ cõpetit alicui idiui
duo:cuilibet idiuiduo eiuſdẽ rõnis põt aliqd̃ ſimile cõ-
petere:aut alia aliqua vl̃is notitia ⁊ euidẽs:cuius ṽtute
ſaltẽ partialr̃:qd̃ in aliqbus ſingularib⁹ eſt expertũ:eui-
denter ſit notũ oĩbus talibus cõuenire. ¶ Similr̃ eſt in
alio exẽplo de corpore luminoſo. nã poſe eſt ꝙ aliqs co-
gnoſcat per viſum corpus luminoſum. Vbi grã. ſolẽ:⁊ co-
gnoſcat etiã vmbrã:quã aliqd̃ aliud luminoſum ſibi oc-
cultatũ per iterpoſitionẽ corpis opaci cauſat. ignorãs a q̃
vmbra quã videt cauſatur:⁊ an corp⁹ aliqd̃ luminoſum
illã cauſat vel nõ:iſte talis ꝑ huiꝰ ſimplices notitias ꝑci
ſe nũq̃ꝫ cognoſceret oẽ corpus luminoſuꝫ eſſe cãtiuũ vm
bre poſt corp⁹ opacũ:⁊ qd̃ plus eſt:nõ cog̃ſceret ꝙ h̃ cor-
pus luminoſuꝫ vel illd̃ eſt cãtiuũ vmbre:niſi plures alie
notitie cõcurrãt:de qbus ad ꝓ̃ſens nõ eſt ſmo ꝓlixior fa
ciẽdus. ¶ Ex his pꝫ ꝙ notitie icomplexe ſubti diſtincte ⁊
ꝑdicati ſeu paſſionis nõ ꝯtinẽt ṗmo ṽtualr̃ notitiã cõple
4ª ꝯ. xã ṗncipij. ¶ 4ª ꝯ ꝓbat̃ ṗ ſic. qa alicui⁹ demõſtratiõis
vtraq; ṗmiſſa eſt imediata. g̃ aliqd̃ principiũ nõ cõtinet
aliud eiuſdẽ demõſtratiõis. ꝯñtia tꝫ ex dictis iſtoꝝ q di-
cunt in 3ª rõne ſua:ꝙ ſi ṗnª ſint imediata cognoſcunt̃ ex
terminis:q̃uis hoc dictũ eoꝝ nõ ſit vlr̃ veꝝ:cum nõ ois
ꝓpõ imediata ſit ꝑ ſe nota. vt pꝫ ex ṗcedẽti ꝯne. igit̃ nec.
2ᵐ ex terminis nota. ¶ Scd̃o in demr̃ationib⁹ geometricis
quarũ vtraqꝫ ṗmiſſarũ reſoluit̃ mediate vl̃ imediate in
5ª ꝯ. cões cõceptiones vel petitiones ⁊ neutra in aliam. ¶ 5ª
ꝯclo ꝓbat̃. ṗmo qa ſubm̃ ſeu notitia ſubiecti nõ cõtinet
ṗmo virtualr̃ ꝓpõnes imediatas. igit̃ nec ꝯnẽ. pꝫ ꝯñtia.
qa ꝓpõnes imediate que ſunt ṗmiſſe in demr̃atione cõ-
tinẽt ṽtualr̃ ꝯnẽ etiã ſm̃ iſtũ. igit̃ vel ipſe ṗmiſſe ꝯtinẽt
ṗmo ṽtualr̃ ꝯnẽ. ⁊ ſi ſic. igit̃ ſubm̃ nõ cõtinet ṗmo. cũ ſm̃
iſtũ doctorẽ ſtandũ ſit in tali ordine cognoſcẽtis ad vnũ
ṗmũ:vel nõ ꝯtinet ṗmo:⁊ tũc deducit̃ eoꝝ cõtinẽtia in
aliud. aut igit̃ in aliud a ſubiecto:⁊ habet̃ ṗncipale ꝓpo
ſitũ. ſ. ꝙ ſubm̃ nõ ṗmo ꝯtinet:vel reducit̃ in ſubm̃:⁊ tũc
ſequit̃ ꝙ ſubm̃ cõtinet ꝓpõnes imediatas:cui⁹ oppᵐ eſt
añs aſſumptũ. Zñs ꝓbat̃. tum qa ſubm̃ ṗncipij nõ conti-
net ṗmo paſſionẽ. vt pꝫ ex ṗma ꝯclone:nec notitia ſubie-
ti notitiã paſſionis:vt patet ex ſcd̃a. igit̃ nec notitiã prin-
cipij:cum notitia ṗncipij nõ poſſit ſine notitia ſubiecti ⁊
ꝑdicati haberi. Tum qa notitia ſubiecti etiã cuꝫ notitia
predicati nõ cõtinet ṗmo notitiã cõplexã ṗncipij ſeu ṗn
cipiũ ipſuꝫ:vt patet ex tertia ꝯclone. igit̃ nec notitia ſub
iecti ſcie:qd̃ eſt etiã alterius ṗncipij ſubm̃ continet ṗmo
ꝓpõnes ipſas imediatas. Tum qa eadem cõis cõceptio
ad plurium cõcluſionũ diuerſoꝝ ſubiectoꝝ notitiã ime-
diate ꝯcurrit. vt pꝫ ſciẽtib⁹ geometriã. igit̃ a nullo ſubto
illaꝝ ṗmo virtualr̃ cõtinet̃. ¶ Scd̃o ſi qd̃libet ſubm̃ ſic 2ᵐ
cõtinet oẽm veritatẽ ſcie. igit̃ vel qd̃libet ſubiectũ cõti-
neret ṗmo notitiã cuiuſlibet cauſe vel effect⁹:per quã vl̃
per quẽ ꝯclo demõſtrat̃:vel nulla ſcia haberet ꝑ cauſaꝫ
vel effectũ. Falſitas ꝯñtis quãtũ ad ſcd̃am partẽ pꝫ per
oẽs. Quãtũ aũt ad primã partẽ patet ex dictis: qꝛ̃ nulla
res creata ꝯtinet ṗmo virtualr̃ ṗmã notitiã alterius rei:
vnde nec notitia cauſe cõtinet ṗmã notitiã effectus:nec
ecõuerſo. alioquin ad oĩa ꝓducibilia a ſole cognoſcenda
ſufficeret incomplexa notitia ſolis:qd̃ eſt falſuꝫ. ¶ Itē
tunc ſurdus a natiuitate cuꝫ poſſit habere notitiã de cau
ſis ſonoꝝ:poſſet etiã de ſonis ꝓpriam notitiã hr̃e:⁊ qui a
natiuitate caret odoratu poſſet hr̃e ſciam de odorib⁹ cuꝫ
ipſe per tactũ poſſet hr̃e notitiã de q̃litatibus ṗmis ⁊ ele
mentis q̃ ſunt cãe odoꝝ. vt pꝫ in de ſenſu ⁊ ſen. ſꝫ hec oĩa
falſa ſunt. igit̃ ⁊c̃. ꝯñtia ṽo nota eſt:qꝛ̃ ṗmiſſe experimẽ-
tes cãm non pñt eſſe note ſine notitia cauſe. Et ſimilr̃ ex-
primẽtes effectũ ſine notitia illr̃⁹. ¶ Ex hac ꝯne vlteri⁹
iſero ꝙ aliud dictũ hui⁹ doctoris eſt falſuꝫ. ſ. rõ ſub quaꝫ
vel ꝯceptus ſub quo aliquid eſt ſubm̃ in aliq̃ ſcia:eſt cõ-
tentiua ṗmo virtualr̃ oĩum veritatũ illi⁹ ſcie:vñ ꝑ h̃ pro
bat ipſe:ꝙ deus nõ eſt ſubꝫ theologie ſub aliq̃ rone cõis
nec ſub aliq̃ rõne attributali:nec ſub aliq̃ rõne reſpecti-
ua ad extra. Falſitas ãt hui⁹ pꝫ ex dictis:qꝛ̃ ſi nõ oĩa. ne
ſubm̃ ꝯtinet ſic veritates cuiuſlibet ſcie:igit̃ nec iquãtũ
tale vl̃ tale:ſub tali vel tali ꝯceptu vl̃ rõne eſt ꝯtentiuũ:
nec ipſa rõ ſub qua eſt ſubm̃:eſt ꝯtẽtiua oĩum veritatuꝫ
illi⁹ ſcie. ¶ Hoc etiã 2º ſic oñdit̃ inſtãdo in multis. cor-
pus enĩ humanũ (vt cõiter dicit̃) eſt ſubꝫ in medicĩa vl̃
ſaltẽ in aliqua pte eius:iquãtũ. ſ. ipm̃ eſt ſuſceptiuũ ſani-
tatis vel ifirmitatis:ſeu iquãtũ eſt ſanabile vl̃ egrotabi-
le:de illo aũt iquãtũ huiꝰ ꝯſiderat medicus ꝙ ipm̃ ex ta
libus vl̃ talib⁹ mẽbris eſt cõpoſitũ ⁊ humorib⁹ talib⁹ cõ
plexionatũ:nec tñ iſta ſibi cõpetũt inquãtũ eſt ſanabilis
⁊ egrotabilis:ſed potius ecõuerſo. ¶ Itẽ hõ cõſiderat̃ a
morali Pho iquãtũ eſt ſuſceptiuus virtutis ⁊ vitij:⁊ ꝓ-
pterea cõſiderat de ipſo ꝙ eſt liberi arbitrij et opatiuus
ſm̃ electionẽ:nec tñ qa eſt ſuſceptiuus ṽtutis ⁊ vitij:ideo
eſt liberi arbitrij:cũ illud ſibi per ṗus cõpetat. ¶ Celũ
quoqꝫ a phico ꝯſiderat̃ inquãtuꝫ tali motu eſt mobile.
Et ex hoc ꝓbat̃ de ipſo ꝙ eſt eẽntia qnta ſimplex ſphe-
rica:ꝙ eſt eius motor etern⁹:⁊ a magnitudine ſepat⁹:q̃ꝝ
nullã veritatẽ cõtinet celũ ṗmo:qa ſic mobile eſt vl̃ mo
uet̃:q̃uis ex hoc ille iferant̃. ¶ ꝓ. Si dictũ eẽt verũ ſe-
queret̃:ꝙ cuiuſlibet ſcie ſubm̃ eẽt ſubm̃ eius ſub ꝓpria
itriſeca ⁊ qditatiua rõne ſua:ꝯñs eſt falſuꝫ:vt pꝫ in mul-
tis alijs ſciẽtijs de eiſdẽ reb⁹ ſub alia ⁊ alia rõne ꝯſiderã
tibus. cũ tñ rõ ꝓpria quiditatiua nõ ſit niſi vna:vt pꝫ in
exemplis ꝓpoſitis:⁊ de aſtrologia:⁊ phyſica ꝯſiderãtib⁹
corpa celeſtia ſub aliq̃ poſteriori rõne ipſi⁹. ¶ ꝓ. ſeque-
ret̃ ꝙ ois ſcia demr̃aret ſuã ꝯnẽ a ṗori:qd̃ certũ eſt apud
oẽs eſſe falſuꝫ. ꝓbat̃ ꝯña. qa ois ſcia reſoluit ad ꝓpõnes
imediatas. Si igit̃ ⁊ ille reſoluant̃ ad ſubm̃ ſm̃ rõneꝫ ꝑ
quã ṗmo ꝯtinet ṽtualr̃ veritatẽ ꝯcluſam:cũ illa ꝯtinẽtia
ſit ſm̃ opiõnẽ cãlis:vt ſupra ꝓbatũ eſt:ois ſciẽtifica reſo-

lutio

latio vltiate ſtabit ad cām. Diceř forſitan ꝙ iſte doctor
nō intēdit dicere ꝙ ſubm ꝑ rōnē ſub q̄ eſt ſubm ꝯtineat
virtualr̄ paſſiones ſuas ⁊ veritates ꝯſideratas de eo ſm̄
ꝙ cōtinet notitiā paſſionū ⁊ veritatū. Sed hoc vtiqȝ fal
ſuȝ eſt: qd̄ pȝ. Nā in eadē qōne ſoluēdo qȝdā argm̄ dicit:
hō iō eſt ſubm moralis ſcie: vel medicine: ꝑ eo ꝙ ꝯtinet
virtualr̄ rōnē ſanitatis. iō eni ſanitas hoīs talis eſt: quia
corpus hūanū eſt ſic cōplexionatū. ℭ Itez in eadē qōne
iꝑbās oppoſitū dicentiū ꝙ chr̄s eſt ſubȝ theologie ait
ſic. Ꝯ idē eſt rō poſita ad ſolonē pme qōnis: qȝ vitates ne
ceſſarie de prē ⁊ filio ⁊ ſpū ſcō de trinitate ipoſſe eſt ꝯtine
ri pmo v̄tualr̄ in chr̄o: qa ſi vbū nō fuiſſet incarnatū ille
veritates fuiſſent nec̄ie. ℭ Ex his pȝ ꝙ logř de ꝯtinētia
nō ſolū notitie veritatis: ſed de ipſa veritate nota: ſeu de
ſic eſſe ſicut ſignāt ipſa notitia vera vel veritas que eſt
ſignū: nec ſolum de notitia paſſionis: ſed de eo ꝙ ipſa no
titia vel paſſio predicabilis ſignificat.

6ᵃ ꝯ. **Nunc dicendū** eſt quid eſt rō ꝓpria ſubti ſcie.
Ad qd̄ pmitto ꝙ vt ſupra tactū
eſt: ſubm pōt accipi dupl̄r. ſ. pro termino q̄ ſubijciř in ꝓ
poſitione hñte ptes diſtinctas: quaꝝ vna dř ſubm: ⁊ altera
p̄dicatū. Et ſcdo mō pōt accipi ꝑ eo pro quo talis termi
nus in ꝓpōne ſupponit. 2º ꝙ ſcia pōt accipi dupl̄r. Uno
mō pro aliq̄ vno habitu vni⁹ ꝯnis demſrate: ſeu de ſic eſſe
ſic ipſa ſignificat. Alio mō pro collectiōe pluriū habituū
ꝯnū diuerſarū ꝑtinētiū ad vnā ſciaȝ totalē: illa. ſ. vnitate
que ſupius in p̄cedēti qōne declata eſt. ℭ Si loquamur
de ſubto 2º mō ⁊ ſcia pͦ mō: dico ꝙ ſubȝ ſcie eſt illud qd̄
ſciř ꝑ illā eſſe tale. Et rō ſubti ſeu eſſe ſubm. eſt ſciri eſſe
tale vel tale. vbi grā. hui⁹ ſcie qua ſciř: oēm lineā rectam
finitā eſſe diuiſibilē in duo media. ſubȝ eſt linea. ipa eni
ſciř eē diſibilis ⁊c̄. ⁊ ipſaȝ eſſe ſubm hui⁹ ſcie: nō eſt aliō
q̄ȝ ipaȝ ſciri eē diuiſibilē ⁊c̄. eodē mō de alijs. ℭ Hoc pȝ
ex cōi ſnia. dicit eni oēs ꝙ illud eſt ſubm de quo ſciunř
ꝓprietates ⁊ paſſiones. Illud autē eſt qd̄ ſcitur eſſe tale
vel tale. ℭ ꝓ. Hoc ſolo poſito aliqd eſt ſubm ſcie. ⁊ hoc
ſolo remoto nihil eſt ſubm ſcie. vt pȝ. igiř ⁊c̄. ℭ Si v̄o
loq̄mur de ſubto pͦ mō ſic illud eſt ſubȝ qd̄ ſubijcitur in
ꝯne mētali: q̄ eſt euidēs notitia ex pmiſſis demſrationis
cāta: vl̄ alia notitia ſibi equalēti: qd̄ dico: qa poſſe eēt ta
lē ſciaȝ hrī a deo imediate: ⁊ etiā ab hitu aliq̄ cāto ex no
titijs ſeu ꝯnib⁹ ex pmiſſis demſrationis cātis. hoc veruȝ
eſt. ſuppoſito ꝙ talis ꝯ mētalis nō ſit act⁹ ſimplex eſſen
tialr̄ ⁊ tm̄ obiectiue cōplexus: ſed eſſentialr̄ ſit cōpoſita
ex ſubto ⁊ p̄dicato ſicꝫ ꝓpō vocalis ⁊ ſcripta: ſicꝫ mlti opi
nanř: ⁊ ſic ſubm ſcie eſt ps ſcie actualis. Ꝧ ꝓbař: qa ſubȝ
ſcie vl̄ eſt ipſa ꝯ: vl̄ p̄dicatū ꝯnis: vl̄ ſubm vl̄ mediū aut
aliq̄ vl̄ vtraqȝ pmiſſaꝝ: ſed nō mediū nec p̄dicatū vt cer
tū eſt. nō ꝯ nec aliq̄ pmiſſarū: qa ſubm ſm oēs eſt aliqd
incōplexū. Etiā qa ꝯ hȝ eſt ſcia actualis ſeu actus ſciēdi
vt in pͦ qōne pȝ. igiř nō eſt ſubm ſcie. Silr̄ vtraqȝ pmiſ
ſa vl̄ eſt ſcia vel itellectus: ſubm aūt ſcie neutꝝ hoꝝ eſt.
Sed ſi ꝓpō huiꝰ mētalis nō ſit ex talib⁹ diuerſis ꝑtibus
cōpoſita: ſȝ ſit ſm ſe eque ſimplex: ſicꝫ actus itellect⁹ qui
nō eſt affirmatio vl̄ negatio. Et dř ſimplex itelligētia q̄ȝ
uis ſit de obto cōplexe enūtiabili enūtiatione vocali vel
ſcripta: tūc talis ſcie nullū erit ſubȝ hoc mō: ſed tm̄ ſcdo
mō dictū. ℭ Si v̄o loq̄mur de ſcia 2º mō dicta: ſicut ei⁹
ſunt plures ꝯnes ⁊ plura obiecta ſcita. ſic etiā ſunt plura
ſubta. Uerꝝ qa q̄nqȝ talia ſubiecta hñt ordinē iter ſe: vt
pote: qa ſubm vni⁹ ſcie ꝑtialis accipiēdo ſcdo mō ſubm
eſt pnm̄ vel pars aut paſſio ſubti alteri⁹ ſcie ꝑtialis: ſicut
ſubȝ logice libri p̄dicamētoꝝ pars ē ſubti libri ꝑiherm̄.
Et illud iterū ps eſt ſubti libri poꝝ. Et ſubm phie ꝓban
tis aliqd de mā vel de forma ps eſt ſubti ſcie ꝯſiderātis
de corꝑe nālī cōpoſito ex mā ⁊ forma vl̄ aliquā aliā ana
logiā ſeu ordinē hñt inter ſe. talis ſcie dř eſſe aliqd vnuȝ
pmū ſubm: puta illud ex his ſubiectis ad qd̄ cetera taleȝ
ordinē hñt. Et ꝓpter qd̄ ꝑfectius cognoſcendū cetera cō
ſideranř: ſicut medicine pmuȝ ſubm eſt corpus ſanabile
iquātū huiꝰ. Nā queciīqȝ in medicina totali partialr̄ cō
ſideranř: attributionē hñt ad ipm iquātū huiꝰ: vel ſicut
cauſatiua ſanitatis vel ꝯſeruatiua: aut ſignificatiua: aut
alio aliq̄ mō. vt pȝ ex 4º meta. ⁊ hoc ſolū eſt vocari pmū
ſubm pmitate attributionis: q̄nqȝ talia ſubiecta nō hñt
talē ordinē iter ſe: eis tm̄ eſt aliqd cocxuus per ſe paſſio
nes in aliq̄ pte illi⁹ totalis ſcie ꝯſideranř: ⁊ in alijs ptib⁹
paſſiōes partiū ſubiectiuaꝝ. vbi grā. cuiuſmodi eſt phi
ca: in aliq̄ eni eius pte ꝯſiderař de corꝑe mobili ad vbi.
Et in aliq̄ de mobili ad formā: ⁊ ſic de alijs generib⁹ cor
poꝝ mobiliū: qbus cōe eſt corp⁹ mobile: de quo ꝯſidera
tur in libro phyſicoꝝ. Silr̄ in aliq̄ pte logice ꝯſiderař de
ſyllo topico. in aliq̄ de ſyllo demſratiuo: qbus cōis eſt ſyl
logiſmus ſimplr̄. de quo ꝯſiderař in libro poꝝ: ⁊ illud ta
le cōe ꝯſueuit vocari pmū ſubm in illa totali ſcia: pmuȝ
inquā pmitate cōitatis vel p̄dicatiōis: q̄nqȝ tm̄ aliqd dř
ſubm pmū vtraqȝ pmitate. reſpectu tm̄ alioꝝ ⁊ aliorum
ſubtoꝝ partialiū ſciarū: ſicut ſylls ſm aliquos eſt logice
pmū ſubȝ vtraqȝ pmitate: reſpectu eni ſylli dialectici et
demōſtratiui eſt pmū pmitate cōitatis: ⁊ reſpectu ꝓpō
nū ⁊ terminoꝝ eſt pmū pmitate attributōis. Ita pȝ etiā
de ſubto medicine qd̄ dicit corp⁹ ſanabile. Ipſuȝ eni re
ſpectu corporis humani: de quo ſpecialiter in aliqua par
tiali medicina cōſiderař: ⁊ reſpectu corꝑis eqni: ⁊ reſpe
ctu aliaꝝ ſpēꝝ corpoꝝ ſanabiliū: eſt pmū ſm cōitatem.
Reſpectu āt ptiū ſeu mēbroꝝ hūanoꝝ humoꝝ ⁊ aliaꝝ
rerū cāuaꝝ vl̄ ꝯſeruatiuaꝝ ſanitatis: aut aliter ad ipm
analogiā habētiū: eſt pmū per attributionē: ⁊ ita in mul
tis ſciētijs ſm diuiſionē gnālē ſciaꝝ acceptis cōtingit: ꝙ
¶ Hec eſt iꝑpria: totū eſt omnes ſue ꝑtes: ſꝫ dꝫ dici totū eſt oīa: quoꝝ q̄ðlibet eſt pars illius: ⁊ ita de ſingulis. di. 24. q. p°. arti°. p. ꝯcluſione 2° in eius ꝓbatione.

¶ Totū pars. maius. minus. poſſunt ſumi duplr̄. Et in q̄ ſenſu pōt ꝯcedi totū eſt eq̄le ſuis partib⁹. de ꝑdicta ꝓpoſitione. totum eſt omnes ſue ꝑtes. di. 24. q. 3. ar°. 2° in rn̄ſione ad obiect. 28. ⁊ alias.

Uelle

¶ Uelle eſt vti etiam frui: ⁊ quomodo: quere fruitio.

Ueritas

¶ Quō valet hec ꝯña. ſi nulla veritas eēt: veꝝ eēt aliquā veritatē eē. di. 2. q. p°. art°. 2°. in rn̄ſione ad arg^m 2^m ꝑn^{lr}. Et in fine q̄d eſt vitas ⁊ q̄d ſignificat.

Uiſio

¶ Nāliter poſſet viſio ꝯſeruari abſq̄ pn̄tia obcti. obycitur. Nota de maximo viſibili. diſti. 3. q̄one p°. arti°. 2°. contra ſecundam concluſionem. in ꝑmo dubio.

¶ Deus nō poſſet conſeruare viſionem albedinis remota albedine obycitur. ibidem. contra ſecūdā ꝯcluſionē.

¶ Stāte viſione corrupto viſibili ceſſaret iudiciū ꝙ res illa eēt. Et nota cām: ibidē: in rn̄ſione ad. 1. obctionem.

¶ De hac ꝯn̄tia. video a. albedinē. ergo a. eſt. Et q̄d debet concedi: ibidem: in ſolōne. 2. ⁊ 3. obctionū.

Uiſibile

¶ De maximo ⁊ minimo viſibili ⁊ de viſiōe: ⁊ quō ſit dare. di. 17. q. 2. ar°. 2°. in rn̄ſione ad obctionē ꝯcluſionū.

¶ Quomō cognoſcit̄ vnīule vtrum ꝑus q̄ȝ ſingulare: vel ecōtra: quere ſingulare.

Uolitio

¶ Aliq̄ð eſt volitū ꝓpter aliud aliq̄n actualr̄: aliquādo ſolum habitualiter. di. p°. q. p°. arti. 2°. ꝯcluſione ꝑma.

¶ Uolitio alicuius ipſa ſtante ⁊ aīa ꝫ īformāte nō pōt deſinere eſſe volitio: ibidem. ꝯcluſione ꝑma.

¶ In voluntate poſſunt ſimul eſſe plures volitiones: ibidem. arti. 3°. ꝯcluſione. 2.

Uoluntas

¶ In voluntate ſimul eē pōt fruitio ⁊ vſus: ibidē. ꝯne. 3.

¶ Fruitio pōt eſſe in volūtate abſq̄ vſu: ⁊ ecōuerſo vſus abſq̄ fruitione actuali: ibidem. ꝯcluſio. 4.

¶ Utꝝ aliq̄s act⁹ volūtatꝭ ſit cognitio vel noti°. q̄re act°.

¶ Quomō volitio pōt eſſe reſpectu īcogniti ⁊ quō nō: ibidem. q. 2. arti. p. in rn̄ſione ad 2^m obctionē: ⁊ ſequētes.

¶ Nō omnis volitio vel amor eſt aſſenſus: ibidē. arti. 2°. in rn̄ſione ad. 2. obiect. 2. ꝯcluſionis.

¶ Uoluntas non ſemꝑ ſequit̄ cōpoſitionē ⁊ diuiſionē: ſꝫ aliquādo ſimplicem appꝛhenſionē: ibidem. q. 3. arti. p° ad quartā obctionem. pro ꝑma opinione.

¶ Nulla volitio creata eſt diſtincta volitio ſui ipſius. ibidem arti. 3°. concluſione ꝑma.

¶ Aliqua volitio creata poteſt eſſe ꝯfuſa volitio ſui ipſi⁹: ibidem articulo. 3°. concluſione ſecunda.

¶ Or oīs volitio ſit volitio ſuiipſius obycitur: ibidem.

¶ Uolūtas dei ſumitur proprie ⁊ improprie: improprie: iterum multipliciter. di. 46. in principio.

¶ Uolūtas beneplaciti ſemꝑ implet̄: ſed nō ſemꝑ impletur volūtas ſigni: ibidem ꝯcluſionibus ꝑma ⁊ ſecūda.

¶ Utrum voluntas diuina ſit principium productiuum ſpiritus ſancti. de hoc quere principium.

¶ Uolūtarie pt ſumi triplr̄. ſ. añter ꝯñter ⁊ ꝯcomitāter.

¶ Itē 3° mō pōt duplr̄ intelligi. ſ. libere ⁊ cōtingenter vel libere ⁊ cōplacenter. di. 6. q. ꝑma. arti. 3°. in ꝑn° ⁊ fine.

¶ De vſu q̄d eſt ⁊ quō licit⁹ eſt: q̄re fruitio.

Uti

¶ Uti poteſt ſumi tripliciter: ⁊ quomodo diſtinguit̄ contra abuti. di. ꝑma. q. 2°. articulo. 2°.

¶ Omni re ſiue creata ſiue īcreata volūtas viatoris pōt vti: ſꝫ nō ſemper licite: ibidem. ꝯcluſione ꝑma.

¶ Uoluntas nō poteſt vti deo licite: ſed omni alia re pōt ibidem. concluſione ſecunda.

¶ Solum aliquid diligere propter deum: ⁊ reodire odienda propter eum eſt vſus licitus: ibidem. in probatione ſecunde concluſionis.

¶ Quomodo debet intelligi dictum Aug. virtutibus nemo male vtitur: ibidem in ſolutione ꝑme rationis: contra ſecundam partem ſcðe concluſionis.

¶ Quid eſt vti ⁊ q̄b⁹ vtendū eſt: q̄re frui.

Ymago

¶ Ymago ſiue ſpecies rei exiſtens in memoria poteſt cognoſci in ſe ⁊ vt ymago eſt. Et ſecūdo modo ducit in cognitionem rei cuius eſt ymago. di. 3. q̄one ſcða. arti. 2°.

¶ De deciſione dubij ſecūdi. de hoc etiā quere: ibidē 3. q. 3°. arti°. ꝑmo circa ꝑncipium: quere etiam ſenſus.

¶ Aliquid dicit̄ ymaginatū triplr̄. ꝑ. i. per ymaginationē fictū. ſcðo. i. per ymaginationem cognitum.

¶ Et hoc dupliciter: quia vel immediate vel mediante ſpecie exiſtente in ymaginatione. Et nota diſtinctionē ibidem. q. 3. articulo primo in reſponſione. 2. obiectionis.

Ydolum.

¶ Ydolum eſt ymaginatum de hoc: ibidem. ſtatim.

¶ Explicit tabula ſuper primum ſententiarum ingenioſiſſimi magiſtri Gregorij de Arimino doctoris auctentici ordinis fratrum heremitaꝝ ſanctiſſimi Auguſtini.

Venetijs impenſa heredum quondam Do-
mini Octauiani Scoti Modoe-
tienſis: ac ſociorum.
10. Julij.
.1518.

Regiſtrum

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y.

Duo vltimi ſunt terni. Alij quaterni.

Gregorius de Arimino in ſecundo ſen tentiarũ nuperrime impreſſus. Et q̃z diligentiſſime ſue integritati reſti tutus. Per venerabilem ſacre theologie bacalariuz fra trem Paulum De Genazano.

¶ Lectura in Secundo ſententiaꝝ excellentiſſimi ſacre Theologie profeſſoris Gregorij de Arimino: prioris Generalis quondam totius ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini feliciter incipit.

¶ Diſtinctionis. I. Queſtio. I.

Quia Magr̄ in pᵃ diſtinctione
huiꝰ ſcḋi libri elidēs
quorūdā phoꝝ erro
res oſtēdit ſacris au
ctoritatibꝰ oīa alia a
deo fuiſſe ab ipo effi
ciēter ⁊ nō eternalr:
ſꝫ cū initio tpis crea
ta. Idcirco de his ſi
gillatim ingrēdo pri
mo videbit̄ qd circa
pᵐ pnᵐ ſenſerit Ariſ.
de quo Magr̄ ſpecialr̄ facit mētionē. Sit igitur qō iſta.
¶ Utrum Ariſto. eiuſq; Cōmen. Auer. ſenſerint oīa alia
entia a pmo eſſe facta vel potius econtra fuerint opinati
pᵐ plura entia non habere pncipium effectiuum. ¶ Et pro
t.c.5.⁊.6 prima parte arguit̄: qm̄ ipſe 2ᵒ meta. pbat ex intentione
in cauſis efficientibus non eſſe proceſſuꝫ in infinitum: et
ꝙ neceſſe eſt eſſe aliqḋ primuꝫ efficiens: qḋ eſt efficiens
omnium aliorum. alioquin vt dicit non eſſet primum.

Oppoᵐ **Ad oppoſitum** eſt Magiſter in littera.

Reſpondeo in iſta queſtione: qm̄ inter theologi
cos doctores eſt ꝯtrouerſia circa hoc
quid ſenſerit Phs de efficientia primi reſpectu aliorum
quibuſdam dicentibus eum ſenſiſſe oīa alia entia a pmo
qḋ eſt deus: fuiſſe ab illo mediate vel imediate pducta.
Immediate quidē eterna. mediate vō generabilia ⁊ cor
ruptibiliꝫ. ad quoꝝ generationē cōcurrit mediāte motu
celi qḋ ipſe actiue mouet velut motor appropriatꝰ. Qui
buſdam vō econtra defendentibus eū ſenſiſſe multa eſſe
penitus iproductaꝫ: ipſumq; primū nihil imediate pdu
cere: neqꝫ etiā actiue velut motor imediatus alicui orbi
appropriatus aliqḋ celū mouere: quo mediante ſit cauſa
inferioꝝ: ſed tm̄ modo per modū finis mouere motores
orbiuꝫ actiuos. Ideo huius queſtionis duo erūt articuli.
¶ Nam pmo videbit̄ vtrū fuerit de intētione Phi Cō
mentatoriſq; eius eſſe in vniuerſo plura entia penitus i
producta vel vnū tm̄: ⁊ ab illo cetera mediate vl̄ imedia
te. ¶ Scḋo vtrū fuerit de itentione eorūdē primuꝫ ens
qḋ eſt deus imediate mouere actiue: ⁊ nō tm̄ per moduꝫ
finis pmū mobile velut motor eidem appropriatus.

pmꝰ art. **Quantum** ad pmū articulū cū ꝯſtet res generabi
les ⁊ corruptibiles eſſe factas non eſt
Sco. li. 2 dubiū quin de talibus opinati: ſed tm̄mō de icorruptibi
diſ. 8. q. 5. libus nāliter qualia ſunt celi ⁊ intelligētie. Et de talibus
Hēricus quidā dixerunt Phm ſenſiſſe oīa vlr̄ pter pmū eē pdu
qlt. 2. q. 1. cta. Quidam autē ꝙ corpora celeſtia vtiqꝫ ſunt pducta:
Thomas
anglicus. nō autē itelligētie. Primo igitur ſimul adducunt̄ rōnes
que inducunt̄ tam ab his q̄ ab illis ad probandū Phm
⁊ Cōmen. ſenſiſſe corpora celeſtia eſſe pducta. ¶ Scḋo
ea que a primis inducunt̄ ad pbandū idipſum de intelli
pᵐ gentijs: ⁊ generalr̄ de oībus entibus. ¶ Pro primo indu
T. cō. 4 citur verbū Phi 2ᵒ meta. vbi dicit. Semꝑ exiſtentium
principia ſemper eſſe veriſſima neceſſe eſt: nō eniꝫ qn̄qꝫ
vera qn̄qꝫ non: nec illis cā aliqd eſt vt ſint: ſed illa alijs:
Cōm. 4 vbi Cōmen. dicit ꝙ Phs innuit per hoc diſpōnē pncipio
rū corporū celeſtiū cū corpibus celeſtibus. igit̄ ſm ipſos
corpora celeſtia hn̄t pncipia que ſunt eis cā vt ſint: ⁊ per

ꝯńs pnᵐ efficiēs. ¶ Secūda auctoritas Phi eſt 5ᵒ meta. 2ᵐ
c. de neceſſario. vbi dicit. hoꝝ qdē itaqꝫ altera cā eſſendi T. cō. 6.
neceſſaria: hoꝝ autē nulla: ſed pter hec alia ſunt ex nūc
neceſſitate. vbi pꝫ ꝙ aliquoꝝ neciōꝝ eſt cā. Et. 8. phyſi. T. cō. 15
dicit de Democrito: ꝙ ipſius ꝙ ſemper voluit pncipium
querere in quibuſdā dicens recte: ꝙ aūt in omnibus nō
recte. Et trigonū eni ſemꝑ hēt duobꝰ rectis eq̄les angu
los. Sed reſpectu ꝑpetuitatis altera cā. pncipiorū igitur
nō eſt altera cā: ſed perpetua ſunt: vbi Cōmen. in fine di Cōm. 15.
cit. Res neceſſarie que ſunt pncipia nō hn̄t cām: ⁊ ſi nō
tunc pnᵐ haberet pncipiū: ⁊ pcederet hoc in ifinitū: ⁊ in
tendebat declarare ꝙ multa necīa hn̄t cās ⁊c̄. ¶ Ex qui
bus ſicut pus pꝫ ꝙ eternoꝝ aliquoꝝ: que. ſ. non ſunt prin
cipia qualia ſunt corpora celeſtia vt dictū eſt. eſt pncipiū
⁊ cā. ¶ Tertia auctoritas eſt Cōmen. 6ᵒ meta. ſuper illo 3ᵐ.
vbo Phi. neceſſe oēs qdē cās ſempiternas ⁊ maxie has. T. cō. 2.
he nāqꝫ cāe ſenſibiliū manifeſte ſunt. ait Cōmen. Et itē Cōm. 2.
dit ꝙ res imobiles neċe eſt vt ſint eterne magis q̄ eter
ne mobiles diuine. ſ. corpora celeſtia. ſūt eni cā iſtoꝝ. ſ. ꝙ
ſub̄a abſtracta eſt cā corpoꝝ celeſtiū. Hec Cōmen. ¶ 4ᵃ 4ᵐ
eſt eiuſdē in libello de ſub̄a orbis. vbi ait. Uidemus eniꝫ cap. 2.
celū habere vnā virtutē nō tm̄ mouētē oīa: ſed agenteꝫ ⁊
conſeruantē: ſicut eſt diſpoſitio in corpore hoīs ⁊ corpore
facto pter finē ppriū: finis eni ſignificat agens ſignifi
catione ppria vel neceſſaria vt hꝫ alia lr̄a: ⁊ ſequit̄. Et cū
ignorauerūt quidā hoc eſſe de opionibus Ariſto. dixerūt
ipſum. ſ. Ariſto. nō dicere cām agentē totū: ſed tm̄ cauſaꝫ
mouentē: ⁊ illud fuit valde abſurdū: ⁊ nō eſt dubiū in h
ꝙ agēs ipm eſt mouēs ipm. hec auctoritas eſt ſic expſſa
vt dicūt vt nec expoſitione idigeat: nec gloſam recipiat.
¶ Pro 2ᵒ vō. ſ. q̄tū ad factionē itelligētiaꝝ. iducit̄ vbū pᵐ
Cōmē. 12. meta. vbi dicit ꝙ in intelligentijs eſt cā ⁊ cātū p 2ᵃ pt.
ſm ꝙ dicimus ꝙ intellectū eſt cā intelligentis. Et in eo articuli.
dē libro dicit Phs ꝙ pmū mouet vt amatū. ⁊ Cōmē. ibi Cō. 44.
vult ꝙ bonū apprehēſuꝫ eſt cauſa agens deſideriuꝫ: ⁊ ea T. c. 36.
dē rōne oīm intelĺm eſt cā efficiēs itellectionē. Cū ergo Cō. 36.
alie intelligētie ⁊ intelligāt ⁊ amēt pmā ſm ipſuꝫ: ⁊ ipſe
intelligētie ſm eūdē ſint ſuū intelligere: ſequit̄ ꝙ pma i
telligentia efficiat alias ſm eoꝝ ſubſtantias ſicut efficit
eoꝝ itellectiones. ¶ Alia eſt eiuſdeꝫ. 7. meta. vbi ait: ſed 2ᵐ
mouet Ariſto. ad ponēdū mouēs ſeparatū a mā in factio Cōm. 31
ne virtutū intelligibiliū: qr virtutes intellectuales apud
ipſum ſunt nō mixte cū mā. Unde neceſſe eſt ꝙ illud qḋ
nō eſt mixtū cū mā gnēt̄ aliquo mō a non mixto cuꝫ mā
ſimplr̄: queādmodū eſt neceſſe vt omne mixtū cū mate
ria generet̄ a mixto cū mā: vbi expreſſe ponit intelligen
tias eſſe factas ab agente imateriali. ¶ Generalr̄ autē ⁊ 3ᵐ
oīa eſſe facta a pmo probāt auctoritate Cōmen. 2ᵒ meta. T. c. 4.
ſuꝑ illo vbo Phi. Quare ⁊ veriſſimū ꝙ poſteriorībꝰ eſt Cōm. 4
cauſa vt ſint vera. vbi Cōmē. dicit. Et manifeſtū eſt ꝙ ſi
eſt hec pma cā oīum entiū vt declaratū eſt in ſcientia na
turaliū: ꝙ illa cā eſt magis digna ⁊ in eſſe ⁊ in veritate q̄
oīa entia. oīa eni entia non acquirūt eſſe ⁊ veritateꝫ niſi
ab iſta cauſa. ¶ Eſt igit̄ tm̄ ens per ſe ⁊ verum ꝑ ſe ⁊ oīa
alia ſunt entia ⁊ vera per eſſe ⁊ veritatē eiꝰ. Hec Cōmē.
¶ Itē. 12. meta. Phs ⁊ Cōmē. volūt ꝙ oīa alia a primo 4ᵐ
habent cām finaleꝫ. igitur volunt ꝙ oīa alia ſint pducta T. cō. 31
effectiue. ꝯńa pꝫ: qa finis cāl itas nō eſt niſi mouere effici ⁊. 37. 6.
ens ad agendū: eſt eni pter qḋ agēs agit. Eſt ergo vt pꝫ
ex dictis opio Phi ⁊ Cōmen. ꝙ oīa alia a deo ſint facta.
Eſt tm̄ de factione diſtinguēdū. nā quedā eſt per trāſmu
tationē ⁊ motū ⁊ cū nouitate eſſendi eiuſdem qḋ fit: ⁊ ſic
eterna nō ſunt facta ſm ipſos: quedā aūt eſt ſine trāſmu
tatione ⁊ motu ⁊ ſine nouitate facti p ſimplicē q̄ſi ema
nationeꝫ ⁊ ſequelā ipſius facti ad id a quo fit. Et h mo

do intellexerunt oīa eterna eſſe facta a pmo.Et hanc di-
Cō.44 ſtinctionē ſatis inuit Cōmen.iz.meta.vbi dicit q nō eſt
illic cauſa ⁊ cauſatū:niſi ſm q dicimus q itellm eſt cā
cap.z. intelligentis:⁊ in de ſubſtātia orbis vñ ſumpta eſt aucto
ritas predicta.vbi ait.q agētiū quoddā eſt prius tempo
re acto:⁊ eſt omne qd fit in ſphera mūdi:⁊ qddā eſt pus
naturalr ⁊c.Innuens q agens corpoꝝ celeſtiū eſt prius
ꝫ ſcotuz eis nāliter tm̄ ⁊ nō tpe.¶ Quāuis autē hec opio habeat
et alios pro ſe aliqualr ſonū quorūdā verboꝝ phi ⁊ Cōmē.nūq̄
vbi.ſ. tm̄ fuit de itentione eoꝝ.Et hoc manifeſtari pōt ex duo-
bus fundamētis:ſuper quibus fundata eſt quaſi tota do
p phy. ctrina ipſoꝝ.¶ Quoꝝ eſt vnū q oē qd fit:fit ex aliquo.
T.c.33. ⁊ nihil fit ex nihilo aut puro non ente:hoc quidē habue-
runt pro pncipio:⁊ oppoſitū reputauerūt penitus impoſ-
T.c.6z. ſibile.vñ p phy.pbat phs 3m pnm gñationis ſubꝫ ꝫrys:
qd eſt mā ex q̄ fit qd fit.Semp eni eſt aliqd qd ſubycit
ex quo fit qd fit:vt ibi ait phs:⁊ iducēdo declarat etiaꝫ
Cō. 6z. ibidē Cōmē.¶ Itē 7o meta.Oia que fiunt ab aliq̄ fiunt
T.c.zz. ⁊ ex aliquo ⁊ aliquid.ideꝫ ponit phs in izo ſup hoc fun-
T.c.iz. damentuꝫ:⁊ ſuſtentat magna pars ſue doctrine.v.gr̄a.q
T.c.i7. materia ſit ingenita.vt pꝫ izo meta.⁊ q gñatio ſit perpe-
tua:vt pꝫ pmo de gñatione:⁊ multa alia:nec aliquis qui
viderit dicta ipſoꝝ dubitare pōt hoc(q̄uis falſuꝫ)fuiſ-
Com.4 ſe oīno de mēte illoꝝ.vnde in plogo.3.phy.dicit Cōmē.
q hec eſt ppoſitio manifeſta in qua omnes ⁊ antiqui cō-
ueniunt:q nihil generat ex nihilo.¶ Itē 8o eiuſdē inni-
titur pbare creationē eſſe impoſſibilem:ſicut patebit in
ſequēti queſtione:vbi eius rōnes etiā ſoluent:⁊ dicit ibi
q qui eſtimant aliquid poſſe fieri ex nihilo:eſtimant im
poſſibile poſſe eſſe:⁊ nitunt ad cōfirmādū hoc:ex hoc q
mos eſt dicere q ſubm eſt neceſſariū agenti.ſ.ſubiectuꝫ
ex quo fit generatio eſt diminutio agētis.Et oīa iſta ſunt
eſtimationes vulgares. Et ſequit.agens enim non poſſe
agere aliqd impoſſibile nō dicit eſſe diminutū:ſed dicit
ipſuꝫ facere aliqd impoſſe ⁊ poſſe facere eſt deceptio. Ex
quibus pꝫ q ipſe reputat impoſſibilē ex ſe hanc.aliqd fit
ex nullo ente pſuppoſito:ita q cuicūq agēti hoc eſt ipoſ-
Cō.ioz. ſibile.¶ Et pmo ce.dicit q nullus antiqꝫ dicebat mun
⁊.io6.et dum generatū eſſe ex nihilo:qm eſt iopinabile ⁊ impoſſi
i40. bile.Et oēs libri tā eius q̄ phi ſunt pleni de hoc ſimpli-
citer:ſicut putauerūt impoſſibile aliquid fieri ex nihilo.
ſic dixerūt impoſſibile aliqd agens aliqd ex nihilo age-
Cō. z8. re.vñ 7o meta.dicit Cōmen.q actio agentis nihil aliud
iz.met. eſt q̄ abſtrahere aliquid:qd eſt in potentia in actum. Et
44. in izo poſitis opionibus dicentiū creationē ⁊ dicentiū la-
titationē formarū ſubdit.tertia autē opio eſt Ariſto.⁊ eſt
q agens nō facit niſi compoſitū ex materia ⁊ forma:⁊ h
fit mouendo mām ⁊ trāſmutādo eam donec extrahat de ea
illud qd eſt in ea de potentia ad illā formā in actu.Qd ēt
cōfirmat:qa vbicūq phs locutus eſt de cauſa efficiēte:
ſemper diffinit eam per eſſe vnde pnm motus:⁊ ſimilr po
ꝫ.z.⁊.i7 tentiā actiuā per eſſe pnm trāſmutādi:vt pꝫ 5o ⁊ 9o meta.
Com.z. nec vſq̄ dicit aliquod agens agere ſine tranſmutatione
T.c.45 vt iſti fingunt:qnimo ipſe pmo de gñatione:⁊ Cōmenta.
Com.3. 3o phyſi.volunt q omne agens eſt mouens:lꝫ non omne
mouēs ſit agens:ſicut omnis actio eſt mutatio:lꝫ nō ecō
trario:nec vſq̄ reperitur eos poſuiſſe aliquā actionē ſine
zm mutatione.¶ Scdm fundamentū ipſoꝝ eſt motuꝫ celi
nunq̄ incepiſſe:ſed eſſe eternū:qd fuiſſe de intētione eo-
rū ſuperfluū eſt pbare:ex quo pꝫ etiaꝫ ⁊ corpora celeſtia
⁊ eoꝝ motores eternos eē:⁊ h ex 8o phy.⁊ izo meta.notū
a pno eſt.¶ Ex his duobꝰ fundamētis ꝯcludit manifeſte nūq̄
T.c.z9. ipſos intellexiſſe oīa pter pmū eſſe facta.¶ Et ex primo
patet q non ſunt opinati mām eſſe factā:quia ſi eſſet fa-
cta eſſet facta ex aliquo preexiſtēte:⁊ ſic mā eſſet anteq̄

eſſet facta.Uñ pmo phy.in fine.pbans phs ipſaꝫ nō eē T.c.8z.
factā ait.Si eniꝫ fiat.ſubyci aliqd opꝫ pmū ex quo fiat.
hoc aūt eſt h nā.ſ.mā q̄re erit ant fieri. Dico eni mām.i.i-
telligo per mām pmū ſubiectū vnicuiq ex quo fit aliqd
cum inſit non ſm accidens:⁊ per idē fundamentū pbat
eandē cōcluſionē izo metae deducēdo ad impoſſibile.ſ. T.c. iz.
q erit proceſſus in infinituꝫ:ſi materia fiat:⁊ oīa hec ſu-
ſtentant ſuper hoc:q nullū qd fit:fit ex nihilo:quo nega
to pꝫ nihil ipm pbare.per idē pꝫ q ſm eos corpora cele
ſtia nō ſūt facta:cū enim ipſa ſm eos ſint ſimplicia ⁊ nō
ſint cōpoſita ex materia ⁊ forma ſicut ſunt corpora qua-
tuor elementoꝝ ſimpliciū:vt dicit Cōmē.p celi.⁊ in plu Cō. z0.
ribus alys locis oporteret ipſa ſi eēnt facta eſſe facta ex
nihilo.Et eodē fundamēto pbat Cōmen.mundū nō eſſe Cō.i9.
factū pmo ce.vnde ait.dicere aūt mundū eſſe generatū a ⁊.c.io6.
nihilo:ſicut loquētes dicunt.cōtingit eis vt non ſit gene
ratū.Generatio eni nō eſt ex puatione eſſentialr:quēad-
modū calor nō fit ex frigore eſſentialr:niſi ꝯriū recipiat
ſuū ꝯrariū.Hec tm̄ ratio in qōne ſequēti ſoluet.¶ 3o p
idē fundamentū patet intelligentias:⁊ ſubſtātias abſtra
ctas non eſſe pductas:cum ſint ſm eos eſſentialr ſimpli
ces.vnde Cōmēta.izo meta.recitans opionē Auicē.q ex Cō.44
intelligentys quedam earū conſequit quādā:ſicut cau-
ſatuꝫ cauſam:⁊ q a motore pmi celi prouenit aīa primi
celi ⁊ motor orbis.Et ꝯtter dicit q iſte ſmo nō eſt ima-
ginabilis:nō eni eſt illic prouentus neqꝫ cōſecutio neqꝫ
actio:ita vt dicamus q vna actio conſequit vnum agēs.
Et infra.Mos inquit qui iam eſt inter modernos in di-
cendo q a tali motore puenit talis motor aut cōſequit
aut pcedit:aut talia verba non vere intelligunt de iſtis
pncipys abſtractis.Oia enim iſta ſunt diſpoſitiones agē
tiam ſuperficietenus non vere.Ubi patet q ab itelligē-
tys negat oēm actioneꝫ que vere ſit actio qua ſint facte
quocūqꝫ nomine ſignificet:ſiue dicat prouentus vel cō-
ſecutio aut ſequela aut aliter qualitercūqꝫ:⁊ q ita ſit in-
ducit pbationē:ex qua magis pꝫ eius intentio.d.ab agē-
te eniꝫ nihil prouenit ſicut predixiꝫmus niſi extrahere il
lud qd eſt in potētia in actū.Sed illic nō eſt potētia.vñ
neqꝫ agens:tm̄ eni illic ⁊ itellectus ⁊ intellectū ⁊ pfectuꝫ
⁊ perficiēs ⁊c.Ex his manifeſte patet q illa diſtinctio de
agente ⁊ de eſſe factū:qua putāt euadere rationes factas
contra eos:⁊ exponūt auctoritates dicētes q Cōmenta.
itendit negare ab intelligentys ipſas habere agēs et eſſe
factas per trāſmutationē ⁊ motū:⁊ cū nouitate eſſendi.
nō aūt ipſas eſſe pductas per ſimplicē quādā emanatio-
nē ⁊ eternalr oīno eſt preter itentionē Cōmen.nā cōſtat
q Auic.nō dicebat intelligentias eſſe factas in tpe ⁊ per
trāſmutationē ſubiecti:ſed eternalr ⁊ per ſimplicē ema-
nationē:⁊ cōtra hunc intellectū arguit Cōmen.per rōnē Cō.44
premiſſaꝫ:volens q nullū agens aliter agit q̄ trāſmutā-
do ⁊ educēdo qd eſt in potētia ad actū:⁊ qa nullū tale po
tentiale tranſmutabile eſt in intelligentys:ideo ꝯcludit
q earū nullū eſt agens.Intendit ergo Cōmen.ꝯcludere
eas oīno nō eſſe factas:alias nihil cōtra Auicen.cōclude
ret.Unde iſta diſtinctio de agēte ⁊ de actione:quā faciūt
illi de opinione cōtraria a Cōmen.ſola fictio putaretur.
¶ Ex ſcdo quoq fundamēto manifeſte cōcludit ſm in
tentionē ipſoꝝ nec corpora celeſtia nec itelligētias neq
māꝫ pmā:cū ipſa etiā ab eis ponat eterna eſſe facta.Cō-
ſtat eni q in ipſos pmo ce.eternū ⁊ ingenituꝫ vlr mutuo T.c.z5
cōuertunt.Omne eni eternū eſt igenitū:⁊ oē igenitū eſt
eternū vt dicūt:⁊ p hoc pbant q oē ingenitū eſt corrupti
bile:⁊ eꝫ.¶ Itē ibidē diffinit phs genituꝫ.d.genitū eſt Cō. izi.
ens qd cōtingit pus nō eſſe:⁊ Cōmē.⁊ generabile eſt qd
in tempore pterito eſt nō ens.modo aūt eſt ens ⁊ ſtatim
poſt

poſt diffiniẽs ĩgenitũ dicit. Ingenitũ gdez eſt qḋ eſt nũc: ⁊ prius nõ verũ erat dicere nõ eſſe. Itez ibidem probant ꝙ genitum nec eſt ſemꝑ ens nec ſemꝑ nõ ens: ſed mediũ inter vtrũqꝫ. ſ. qñqꝫ ens ⁊ quãdoqꝫ nõ ens. Ex qbus euĩ denter apparet nec alicui locũ illũ vbi hoc determinatur diligenter conſideranti. verti poſſe in dubiũ qꝛ ſm eos manifeſta cõtradictio includat̃ dicendo eternũ aliqḋ eẽ

Com. ꝑ. factũ. ❡ Item Cõmenta. 4° celi. dicit. res enĩ eterne nõ habẽt agens niſi ſm ſimilitudinẽ: neqꝫ habent ex q̃tuor cauſis niſi formalẽ ⁊ finalẽ: ⁊ ſi habuerit aliqd quod eſt agens nõ erit niſi inquantũ eſt forma illi ⁊ ↄſeruãs ipm. vbi patet idem qḋ prius. ſ. nullũ eternũ ſm eum hĩe cauſaꝫ agentẽ ꝓprie ſumptã: vt diſtinguit̃ a cauſa formali ⁊

Cõ. 105. finali. ❡ Itẽ ꝑmo celi. dicit ꝙ defendentes Platonẽ dicunt ꝙ aſſimulatio generationis mundi ex ſuis elemẽtis generationi figurarũ ex lineis ⁊ ſuꝑficiebus facta a Platone ſignificat ꝙ mundus ſemper fuit apud Platonẽ: et ꝙ ipſe non intendebat per hunc ſermonez niſi ꝙ partes eius ſunt priores natura toto nõ ꝙ ipſe fuit generat⁹ vere. ⁊ ſi hoc intendebat. dicit Cõmenta. nihil differt ab Ariſ. Sed tñ male facit in dicendo manifeſte ⁊ mũdũ eſſe generatũ ⁊ non corruptibilẽ. Hoc enim non intendit̃ ex generatione niſi cuꝫ difficultate. Hec Cõmen. vbi pꝫ ꝙ diẽ intẽtionẽ Phi eſſe ꝙ mundus non eſt vere generatus: lꝫ eius partes ſint priores eo: non tpe ſed nã. Et in ſequẽti

Cõ. 106. Cõmẽ. dicit ꝙ Ariſtoteles intẽdebat ꝙ cũ ponit̃ mũdus eſſe factus: cõtingit vt ea ex quibus: ſicut priora eo tpe: ⁊ per ↄñs ſi eſt factus ſm eos nõ erit eternus. ❡ Hoc idez ꝓbat̃ ex alio. Nã ↄſtat ꝙ ſm intentionez Phi vt ſupra

t. c. 114. factũ eſt, ⁊ põt haberi ex. 4. ⁊. 5. phyſi. ⁊ alijs locis inumetex. c. 7. ris phie ſue. oĩs generatio: ⁊ vlr oĩs factio vel motus eſt

⁊. 8. mutatio omniſqꝫ motus finitus finito tẽpore menſurat̃ ⁊ oĩs mutatio inſtanti. Si ergo aliqḋ eternũ vtpote celũ vel itelligẽtia eſt genitũ aut factũ: aut fuit factũ in inſtãti: aut fiebat in tẽpore: ⁊ ſi in tẽpore: cũ iam nunc non fiat ſm Phm: ſed ſit ꝑfectũ: ſequit̃ ꝙ ſuũ fieri ꝑceſſit factũ eſſe: ⁊ per ↄñs nõ eſt eternũ: ſi etiã in iſtãti: ſeqt̃ ꝙ nõ ſit eternũ: cũ nullũ inſtãs fuerit eternũ ꝑnimo qḋlꝫ inſtans ſm Phm ꝑceſſit tpˢ infinitũ. ❡ Item ſm ipſos. oĩs mo

T. c. 7. ⁊ tus vel mutatio eſt ex oppoſito in oppoſitũ. pꝫ 5° phyſi. ⁊

26. per ↄñs nullũ factũ eſt eternũ. nã omnis talis factio fuit ex non eſſe in eſſe: ⁊ nõ eſſe aũt ꝑceſſit eſſe. ❡ Itẽ Cõmẽ.

Com. 5. 3° de aĩa cõtra Theophraſtuꝫ ⁊ The. dicentes ꝙ intellectus ſpeculatiuus eſt eternus ꝓ eo: ꝙ recipiẽs eſt eternũ ⁊ agens eſt eternum: ex quo ſequit̃ vt etiã factũ ſit eternum: inquit ꝙ quia iſti opinati ſunt hoc contingit in rei veritate vt nõ ſit intellectus agens neqꝫ factũ: cũ agens ⁊ factũ non intelligatur niſi cũ generatione ⁊ tpe: aut dꝫ cet̃ ꝙ dicere hoc agens ⁊ hoc factũ nõ eſt niſi ſm ſimili

Ↄ dicta. tudinẽ. ❡ Sed cõtra hoc videt̃ qḋ dictuꝫ eſt. eſſe mens Phi ⁊ etiã Cõmenta. qui pariter dicũt generationẽ eſſe eternaꝫ: ⁊ ſimilr motũ celi: ⁊ tñ cõſtat ꝙ generatio vere hꝫ cãm agẽtẽ: ⁊ ſilr motus celi vere factus eſt. vt Cõmẽ.

Cõ. 46. ponit iz° meta. ❡ Ad hoc dĩm: ꝙ vtiqꝫ generatio habet

Rñſo. cãm agentẽ ſm Phm ſi recte hoc intelligat̃ ſm eum. tñ nulla generatio eſt eterna aut fuit ab eterno: ſic̃ nullũ genitũ fuit ab eterno ſiue fuit: aut eſt eternũ. vñ ſꝫ ipꝫ iſta de virtute ſermonis eſt falſa. gñatio eſt eterna: qꝛ q̃libet eius ſingularis eſt falſa vt de ſe pꝫ. ꝑnimo ſm Phꝫ ante quãlibet gnõnẽ fuit alia gñatio: ⁊ ꝑ ↄñs nulla eſt aut fuit eterna: ⁊ qꝛ ante quãlibet fuit alia. iḋ cõcedit Phs ꝙ ab eterno fuit gñatio: nõ eſt aũt idem dicere. ab eterno fuit gñatio: ⁊ gñatio fuit ab eterno: ſed ꝑma ſm Phm eſt vꝫa: ⁊ ſcḋa falſa: ſicut ſm eundẽ hec eſt vera. ab eterno vel ſꝑ fuit homo: et hec falſa. homo fuit ab eterno: vel hõ fuit ſemper. Si aũt alicubi iueniat̃. hec generatio eſt eterna. accipienda eſt pro hac. ab eterno fuit generatio. vel hac. omni tpe vl̃ ſemper fuit generatio: ſic ſuo modo dicẽdũ eſt de motu celi. cũ enim motus ſm modũ loquẽdi aliorũ habeat partes ſibi ſuccedentes: quarũ quelibet dicit̃ facta dicit̃ motus eſſe eternus ⁊ factus: qꝛ ante quãlibet eius partem fuit alia: ⁊ ante quãlibet reuolutionẽ fuit reuolutio: ⁊ quelibet eſt facta: nulla tñ pars motus eſt eterna. vñ fingẽdo ꝙ mot⁹ ſit aliqua entitas cãta in mobili a motore vt multi imaginant̃: nõ eſt ↄſiderandũ ꝙ aliq̃ entitas mot⁹ ſit eterna: nec ꝙ entitas aliqua facta in mobili a motore ſit eterna: cuꝫ quelibet ſingularis ſit falſa.

❡ Et ſi dicat̃ ꝙ lꝫ nulla pars motus ſit eterna. motus tñ Contra. motus eſt eternus: ⁊ hec eſt vera. motus eſt eternus acci-

piendo motũ pro toto motu cõtinuo ⁊ ꝑpetuo celi. ❡ Di Rñſo. cendum ꝙ de virtute ſermonis hec penitus eſt falſa ſm Ariſto. totus motus eſt eternus. naꝫ aut totus tenet̃ ſyncathe⁽ᶜ⁾: ⁊ patet tũc ꝙ eſt falſa: qꝛ illa valet hanc. quelibet pars motus eſt eterna: que falſa eſt: aut cath⁽ᶜ⁾: ⁊ tũc ẽt pꝫ: ꝙ eſt falſa: cum totum ſic ſumptuꝫ nihil aliud ſignificet q̃ꝫ aliquid ꝑfectũ ex ſuis partibus: ⁊ per ↄñs ꝑtes motus eſſent eterne: qḋ eſt falſum. Et ſic pꝫ ꝙ de virtute ſermonis illa eſt falſa: iſta tñ ſm Ariſto. eſſet cõcedenda: ſemꝑ fuit motus: ⁊ hec. ab eterno fuit motus: qꝛ tũc ſtat cõfuſe tñ ꝓpter ſignũ vniuerſale equiualẽter importatũ in his terminis ſemꝑ ⁊ ab eterno: cũ aũt ponit̃ a parte ſubiecti ſupponit determinate: ⁊ eſt ꝓpoſitio falſa per cauſaꝫ aſſignatam. Et hec ſint dicta loquendo de motu ſm imaginationem predictã: que ponit motũ talẽ aliquã reꝫ factã eſſe diſtinctã realiter a mobili: qui eniꝫ hoc non poneret facilr expediret ſe negando motũ celi habere cauſaꝫ effectiuam. Sed de hoc in ſequẽtibus videbit̃. ❡ Ex his ohus tamẽ habet̃ ꝙ nulla entitas facta ſiue ſit generatio ſiue motus ſm Phm eſt eterna: ⁊ per ↄñs qḋ obijciebat̃ de generatione ⁊ motu nullaten⁹ impedit qḋ dicebatur.

❡ Ad auctoritates inductas pro alia parte. Rñſo. ad pri Rñſio mam dĩm ꝙ nõ habet̃ per illã niſi ꝙ intelligẽtia eſt ꝑn ad obta cipiũ ⁊ cauſa celi: nũc aũt non ſequit̃. eſt cã. igit̃ eſt cauſa Ad ꝑᵐ efficiẽs: ⁊ mirũ eſt de ſic arguẽtibus. nã cõſtat ꝙ ipſi non dicunt Cõmen. aut Phm voluiſſe ꝙ intelligẽtia mouẽs celum ipſum effectiue ꝓducat: niſi forte hoc dicerent de ꝑma intelligentia tñ: ⁊ tñ cõſtat ꝙ ſm eos quelibet intelligentia eſt cauſa ſui celi: ſicut inuit auctoritas allegata: ⁊ magis ſtatiꝫ patebit. Dicendũ ergo ꝙ quelibet talis itelligentia ſm ipſos eſt cã formalis ſui celi modo qui dicetur: ac etiam finalis: lꝫ nõ vltimata: ſed ꝑma ſolũ eſt vltimata: vt patebit in ſequẽti articulo. ❡ Ad ſcḋaꝫ auctori Ad 2ᵐ tatẽ dĩm ꝙ non eſt ad propoſitũ. nã ibi Phs non loquit̃ de rebus vel entitatibus aliquibus neceſſarijs: ſed de propoſitionibus neceſſarijs ex quibus fiũt demõſtratiões: quaꝝ alique ſunt ꝑncipia ⁊ cauſe: alique vo ſunt ex principijs. vtputa ↄ̊nes: ⁊ hoc patet legenti ibidez. Unde ait. 5ᵉ meta. Amplius demonſtratio eſt neceſſarioꝝ ⁊c. ⁊ patet ꝑ totũ T. cõ. 6. vſqꝫ ad auctoritatẽ allegatã ⁊ de neceſſarijs ꝓpoſitionibus aut eoꝝ ſignificatis totalibus loquitur. Et idẽ dĩm eſt de alia auctoritate: qḋ pꝫ ex exẽplis que ponit Phs. ❡ ꝑ. Eſto ꝙ loqueret̃ de entibus neceſſarijs: adhuc non haberent intentũ: qꝛ nõ ſequit̃: hoc habet cauſam: igitur cauſam efficientem: vt dictum eſt. Et ſimilr dicendũ eſt ad auctoritatem Cõmenta. ex 6° meta.

Pro intellectu vo et auctoritatis Cõmenta. in Ad 3ᵐ de ſubſtantia orbis eſt ſciendũ Ad 4ᵐ ꝙ ſicut ipſe dixit 4° celi: et ſupra habetur. agens poteſt Com. ꝑ. dupliciter ſumi. ſ. ꝓprie: ⁊ ſic eſt illud qḋ trãſmutat mãꝫ de potẽtia ad actũ: ⁊ qḋ eſt ꝑnᵐ. vñ motus. vt ſupra dictũ

eſt:et ſic eſt cauſa per ſe diſtincta contra tria alia genera
cauſaꝝ.alio mõ ſumit̃ agẽs ĩpropꝛie ⁊ ſĩilitudinarie:⁊ ſic
omne qđ eſt cauſa ꝓpter quaꝫ aliqd eſt tale vel tale põt
dici agens:⁊ dicit̃ facere vel agere illud ſic vel ſic:⁊ hoc
modo ⁊ forma ⁊ finis dici poteſt agens:reſpectu eius cu-
ius eſt forma vl̃ finis:forma enĩ ſubſtãtialis alicuius eſt
cauſa ꝓpter quã talia vel talia accidentia propria conſe-
quantur ipſum:ſicut forma ignis eſt cauſa ꝙ ignis ſit le-
uis ⁊ ſiccꝰ ⁊ calidus:⁊ ꝙ ſibi nãliter cõpetat moueri ſur-
ſum:⁊ ſic de ceteris eius accidẽtibus ꝓpꝛijs.ſimilr̃ finis
eſt cauſa ꝓpter quã qđ eſt ad finẽ eſt tale vel tale.vñ ſꝫ
alium ⁊ ſm aliũ finẽ rei res ipſa aliter ⁊ aliter eſt diſpo-
ſita.vt pꝫ ſcđo phy.⁊ ex hoc etiã cõſuetũ eſt aliqñ de for-
T.c.89. ma ⁊ fine dici ꝙ agunt vel faciunt.vñ dicimus ꝙ forma
hominis facit hominẽ eſſe talis figure ⁊ taliũ mẽbroꝛũ:
⁊ huiꝰ.ſimilr̃ dicimus de fine.❡ Ex his ad propoſitũ di-
cendũ:ꝙ non eſt intẽtio Cõmenta.ꝙ itelligẽtia agat or-
bẽ pͥmo modo.ſ.ꝓductiue ⁊ ꝓpꝛie:ſed ſcđo modo tñ.ſ.
ſimilitudinarie:⁊ ſicut forma vel finis dicitur agere. Ad
cuius intellectũ eſt ſciendũ ꝙ intẽtio Cõmen.vt pꝫ.fuit
2°.c. de ſuba or. ꝙ corpus celeſte eſſet ſubſtãtia ſimplex non compoſita
ex materia et forma:nec tamẽ eſſet materia ꝓpꝛie dicta:
cum nõ ſit in potẽtia ad formã:ſed eſt mã in actu:nec ẽt
eſſet natura forme.oĩs eniꝫ forma naturalis eſt pͥncipiũ
alicuius motus nãlis ⁊ ſuaꝝ diſpoſitionũ nãliuꝫ.corpus
aũt celeſte ex ſe nõ eſt pͥnͫ alicuius motus nãlis.nõ qdẽ
recti:cũ non ſit graue nec leue:nec circularis:cũ iſte ſit ꝓ-
prius anime vt ibi dicit:⁊ cũ ipſum celũ habeat ꝓpꝛium
motum.ſ.circularem qui eſt motus anime:⁊ ꝓpꝛiã figu-
ram aliaſq; ꝓpꝛietates que nulli cõueniũt niſi ex forma:
concludit Cõmen.ꝙ corpus celeſte eſt quaſi materia ali-
cuius forme que eſt generis anime.Et hec eſt intelligen-
tia mouens ipſuꝫ.hec aũt itelligẽtia ſe habet ad corpus
celeſte ſicut forme mãles ad ſuas materias quãtũ ad ali
qua ſimilr̃:⁊ quantũ ad aliqua diſſimiliter. Forme nãqꝫ
materiales cũ habeant mãm que eſt potẽtia pura:nec eſt
actu.aliqđ entiũ:perficiunt eã:⁊ cuꝫ ipſa cõſtituũt aliqđ
ens determinatũ.vbi grã.ignem aut terrã vel aliqđ alio
rũ.❡ Item cũ tales forme adueniãt materie mediãtibꝰ
dimẽſionibus diuidunt̃ diuiſione ſubiecti ſiue materie;
⁊ conſtituunt per earũ mãs.neutrũ aũt hoꝝ cõuenit itel-
ligentie reſpectu celi:nõ enĩ cõſtituunt cum ipſo aliqđ ꝑ
ſe vnũ huius aut iſtius ſpẽi:cuꝫ corpus celeſte nõ ſit mã
que eſt potẽtia:ſed eſt ens in actu.vñ dignius dicit̃ ſubꝫ
ꝙ̃ materia vt dicit.Iteꝫ intelligentia non vnit̃ celo me-
diantibus dimenſionibus:et ideo non diuidit̃ diuiſione
corporis celeſtis:⁊ per ꝯſequẽs nõ cõſtituit̃ per ipſuꝫ.nõ
eniꝫ exiſtit in eo:neqꝫ in toto neqꝫ in parte:⁊ vlr̃ neqꝫ in
diuiſibili neqꝫ in idiuiſibili:vt dicit Cõmẽ.pͥmo ⁊ ſcđo
celi.❡ Rurſum forme materiales ſunt cauſa determi-
Com. 5. nate magnitudis ⁊ quãtitatis ĩ mã vt dicit pͥmo celi.Itẽ
Com. 3. determinate actionis ⁊ motus ꝓpꝛij.vt ibidẽ Cõmẽ.19.⁊
Cõ. 75. 84.❡ Item quedã ſunt cauſe determinate figure ⁊ for-
Com.61 me viuentiũ:ſicut patet per eundem pͥmo celi:et pͥmo de
Cõ.53. aĩa.❡ Item ſunt corpori cauſe permanẽtie debite:vnde
ſm ꝙ corpora habẽt aliã ⁊ aliã formã ⁊ alias aliaſqꝫ diſ-
poſitiones ꝓpꝛias conuenientes forme:ſic plus ⁊ minus
durant in eſſe:ſic etiaꝫ videmus ꝙ forma cõſeruat ſuum
ſubiectũ ꝓpꝛiũ in eſſe.vnde ea corrupta corrũpit̃ ⁊ corpꝰ
⁊ eius diſpoſitiones:vt pꝫ in corporibus aĩaliũ:⁊ ĩ oĩbꝰ
iſtis nõ cõuenit forma abſtracta.i.intelligẽtia cũ formis
mãlibus.nã corpus celeſte ratione ſue corporeitatis ꝑi-
ſe nõ determinat ſibi motũ circularẽ:cũ iſte ſit proprius
anime vt eſt dictum.neqꝫ hanc vel illam figurã.cuꝫ ſola
aĩata habeãt nãlr̃ figurã terminatã vt videmꝰ ad ſenſuꝫ:
⁊ dicit Cõmen.2° ce.neqꝫ etiã tantã aut tãtã magnitudĩ Cõ.61.
nẽ:⁊ ſic de alijs.ſed oĩa hec ſibi ꝯueniunt a ſua forma q̃
eſt itelligentia.vñ in de ſuba orbis ait.❡ Quia declara- cap.2.
tum eſt hoc corpus eſſe ingenerabile ⁊ incorruptibile ap
paret ꝙ neceſſe eſt vt ſit corpus ſimplex nõ cõpoſituꝫ ex
materia ⁊ forma:⁊ qa eſt indiuiduũ demõſtratũ in actu.
⁊ habẽs vnã figurã:⁊ oĩa iſta ſunt in corpore per nãm et
ſunt in mã ꝓpter formã:neceſſe eſt vt hoc corpus celeſte
ſit mã aĩaliũ celeſtiũ que mouent̃ circulariter ex ſe:⁊ in-
fra.❡ Et debes ſcire ꝙ illud corpus celeſte non indiget 2°.c. de
virtute mouente in loco tñ:ſed virtute largiente in ſe et ſuba or.
in ſua ſuba permanentiã eternã:⁊ ꝓbat ⁊ ꝯcludit:⁊ ideo
neceſſe eſt intellectum.i.intelligentiam predictã eſſe lar-
gientem ipſi permanentiã eternã:quẽadmoduꝫ largitur
ſibi motum.Et non hoc tñ:ſed neceſſe eſt hoc.ſ.intellm
eſſe virtutem que largiat̃ ei motũ ꝓpꝛiũ ſue actioni que
eſt eternitas inter ceteros motus.ſ.motũ localẽ in circui
tu ⁊ figuram propꝛiã ipſi motui.ſ.ſphericã:⁊ menſuram
propꝛiã vnicuiqꝫ iſtoꝝ corporum ⁊ cõuenientiã inter ea
adinuicem in ordine ⁊ qualitate:ita ꝙ ex oĩbus perficia-
tur vnus actus.ſ.totus mundus:⁊ ſequit̃ nullo interpoſi-
to:nulla enĩ eſt differentia inter indigentiã virtutis acti
ue in omni corpore ſimplici:aut in vno corpore compoſi-
to ex corporibus ſimplicibus huiꝰ ⁊ ĩdifferẽter:ſiue illđ
corpus fuerit generatũ ſiue nõ.videmꝰ enĩ celũ hẽre ⁊c̃.
vt ſupra allegat̃.Ex omnibus iſtis patet.ꝙ cum dicit ce-
lum habere virtutẽ agentẽ ipſum.nõ intelligit eam eſſe
agentẽ ꝓpꝛie per modum efficiẽtis:ſed ſimilitudinarie
per modũ forme.vnde dicit ꝙ nulla eſt differẽtia ṽtutis
actiue in omni corpore ⁊c̃.ſiue illud fuerit generatũ ſiue
non:omnẽ enĩ formã vocat actiuã reſpectu ſui corporis.
⁊ cõſtat ꝙ non põt intelligi ꝙ efficiat ꝓpꝛiũ corpus. Itẽ
in auctoritate per eos allegata dic̃.ſicut eſt diſpoſitio fa-
cta in corpore hominis ⁊ corpore facto ꝓpter finem pro-
priũ.Conſtat aũt ꝙ aĩa hominis non agit ꝓpꝛie ſuuꝫ cor-
pus:ſed tñ dicit̃ agere ipſum in diſpoſitionibus neceſſa-
rijs:⁊ illas ſibi largiri determinatiue ⁊ exigenter.⁊ iterũ
infra cum dicit:ꝙ eſt agens orbẽ nullo interpoſito:quo-
modo intelligat exponit ſe dicens.ſ.faciens ipſuꝫ in diſ-
poſitionibꝰ neceſſarijs in iueniẽdo finẽ ꝓpter queꝫ fuit.
ſm enĩ exigentiã ꝓpꝛij finis qui eſt eius motus largitur
ſibi ꝓpꝛias diſpoſitiones:⁊ hoc eſt illud agẽs quod dicit
finẽ ſignificare ſignificatiõe neceſſaria. Qđ etiã amplĩꝰ
claret in eo qđ ſubdit poſt illud qđ ſupra inducit̃.cuꝫ ait.
Et non eſt dubiũ ꝙ agens ipſum eſt mouens ipſum.qua-
liter enĩ intelligat ipſuꝫ eſſe agens ſine medio aliquo:ex-
ponit.d.qđ enim mouet ipſuꝫ motu proprio illi eſt illud
qđ largitur ei primo diſpoſitiones ꝓpter quas acquirit
motum ꝓpꝛiũ:⁊ ſic pꝫ ꝙ nõ eſt agens niſi ſimilitudina-
rie ſicut forma dicit̃ dare eſſe compoſito ⁊ facere ipſum
in talibus diſpoſitionibus.Ex hoc etiã pꝫ:qa dicit ꝙ non
eſt mouens tñ:qa nõ opinat̃ Cõmen.ꝙ corpus celeſte ex
ſe:aut aliqua alia forma preter intelligẽtiã habeãt tales
diſpoſitiones:⁊ ipſa intelligẽtia moueat ipſuꝫ tñmodo
ſicut figulus mouet rotã:cui non dat tales diſpoſitiones
ꝓpꝛias ad motũ:ſed vltra ꝙ intelligẽtia mouens ſit ſibi
cauſa oĩuꝫ taliũ diſpoſitionũ:ſicut alie forme ſuis corpo-
ribus:ſic autẽ eſſe agens nõ eſt eſſe agens ꝓpꝛie:nec ꝑ ta-
le agens habere arguit̃ ſm Cõmẽta.celũ eẽ factũ in ſen- Com. p̃.
ſu in quo qͦſtio tractat̃.imo ſm eum tale agẽs põt corpo-
ri cõpetere:ſiue ſit generatũ vel factũ ſiue nõ ſit factuꝫ:
vt iã dictũ eſt.Et debere ſic ipſum intelligi ipſe docuit: Com. p̃.
qñ.4.celi dicit ꝙ res eterne nõ habẽt agens:niſi ſm ſili-
tudinẽ:⁊ ſi habuerit aliqđ qđ eſt agẽs nõ erit niſi ĩquãtũ Ad pͫ
eſt forma illi ⁊ ꝯſeruãs ipm̃:vt ſupra allegatũ eſt.❡ Ad p 2° rõ.
ea que

ea que inducuntur de ꝑfectione intelligentiarū dōm ad
ꝓmū: ꝙ aſſumit duo falſa. vnū eſt ꝙ de itentione Cōmē.
fuit ꝙ intellectio qua ſecūda intelligit ꝓmā eſt ipſa ſuba
ſecunde intelligentie. hoc ſiquidē falſuz eſt: gnimo ſen-
ſit ꝙ talis intellectio eſt ipſa ſubſtātia ꝓme intelligentie
intellecte: vt patebit in articulo ſequēti. ¶ Scōm cuius
falſitas pz ex iſto ꝓmo eſt ꝙ ꝓma itelligētia ſit efficiens
cauſa intellectionis: ga ipſa intelligitur a ſcōa. ſequit̄ eni
ꝙ eēt efficiēs ſuimet: nec valet ꝓma ꝓbatio: que ad illud
inducit̄. nā Cōmen. nō dicit ꝙ illic eſt cā ſicut intellectū
eſt cā intellectionis; ſed ſicut eſt cā intelligentis. Conſtat
aūt ꝙ intellectū ſumptū pro obiecto ⁊ diſtincto ab intel
lectione: ad quē ſenſum ſumit arguens: nō eſt efficiēs cā
intelligētis ſm ipſum: etſi in nobis aliqū ſit cā itellectio-
nis. Accipit ergo Cōmē. intellm ꝓ ipſa itellectione: iuxta
3.5.t.36 modum ſuū vſitatū. 3° de aia. vbi intellectionē vocat itel
lectū in actu. Intellectio aūt nō eſt cauſa efficiens itelli-
gentis: ſed formalis potius: ⁊ ſiquidē ipſa ſit accidēs ⁊ di
ſtincta ab obiecto eſt forma inherens intelligenti ſicut in
nobis. ſi vo ipſa ſit ſubſtantia per ſe ſubſiſtens eadē qua
itelligitur ſicuti eſt ſm Cōmen. in ſepatis a materia. tūc
eſt ſm ipſuz forma perficiens tm̄: nō aūt inherens: ſicut
ſi poneret̄ per poſſibile vel impoſſibile ꝙ itellectio qua
intelligimus lapidem per ſe ſubſiſteret etiā per eā: nihi-
lominus intelligeremus lapidē. hoc igit̄ modo dicit illic
eſſe cauſam ⁊ cauſatum cum ait. tantū eſt enim illic cau-
ſa ⁊ cauſatū ſm ꝙ dicimus ꝙ intellectū eſt cauſa intelli-
12° met. gentis: ⁊ iſtud ſatis innuit qō ſequit̄. ¶ Et cum ita ſit ingt
44. non eſt impoſſibile vt illud qō eſt per ſe intelligētia ⁊ in-
tellectū ſit cauſa pluriū entiū ſm ꝙ in eo itelligunt̄ mul
ti modi. Uult igit̄ ꝙ ꝓmū de quo loquitur ſit per ſe itel-
ligentia ideſt intellectio ⁊ intellectuz: ⁊ ga eſt intellectio
pluriū: ga oium ſubſtantiarū ſeparatarū eſt pluriū cauſa
diuerſimode: tamē ſm ꝙ in eo itelligunt̄ multi modi. i.
ſm ꝙ diuerſis modis intelligit̄ ab eis. nā lz ſit eadē itel
lectio oiuz: per eam tamē ſm ipſuz vna intelligentia pfe-
ctius intelligit ꝓmaz ꝙ̄ alia: ⁊ hoc modo quelibet intelli-
gentia dicitur perfici per primā: non tanꝙ̄ per formā ihe
rentē: nec tanꝙ̄ per agens cauſans in ea aliquā qualitatē
vel formalē perfectionē aut ſubam eius: vt iſti putant.
patet etiā hoc ex verbis que imediate premittit. ait eniz
ꝙ illic non eſt prouentus neq̄ cōſecutio neq̄ actio ita vt
dicamus ꝙ vna actio cōſequit̄ vnuz agens: tantū enī eſt
illic cauſa ⁊ cauſatum ⁊c̄. vbi patet expreſſe ꝙ vlr negat
ibi eſſe agens vel actionē ꝓprie loquēdo: ⁊ per cōſequēs
Ad 2m oēm efficientiā. ¶ Scōa auctoritas nō eſt ad propoſitū:
ga illud Cōmen. dicit eſſe verū in nobis: nō aūt in intelli
gentijs: imo oppoſitū ſtatim poſt vt in ſequenti articulo
Com. 31 oſtendet̄. ¶ Alia auctoritas de. 7. meta. non eſt ad ꝓpoſi
tum: ga non loquit̄ Cōmenta. ibidem de virtutibus itel-
lectualibus que ſunt intelligentie ⁊ ſubſtantie abſtracte:
de quibus nō eſt ſermo. Sed loquit̄ de virtutibus itelle
ctualibus vel intelligibilibus: que ſunt intentiones vles
⁊ intellecte in actu ⁊ abſtracte a materia ⁊ cōditionibus
eius: ꝓpter quaꝝ factionē coactus eſt Ariſto. ponere itel
Ad 3m lectum agentē qui eſt virtus abſtracta a materia. ¶ Ad
ea demū que ꝓbant generalr̄ de omnibus entibus. Dōz
ad ꝓmā auctoritatē ꝙ non amplius per illaz habet̄ niſi
ꝙ primū eſt cauſa omniū: ⁊ ꝙ oia habent eſſe per ipſum.
ex hoc aūt nō ſequit̄ ꝙ ſit cauſa efficiens: nec hoc intēdit
cap. 4. Cōmē. Et ꝙ ita ſit patet manifeſte per eundē in de ſuba
orbis. vbi ait. ꝙ cū Ariſto. cōſiderauit in ṽtutibus appeti
tiuis celeſtibus vidit eas moueri ad appetibile nobilius
ipſis. Et ſequit̄: ⁊ cuz cōſiderauit in cōtinuatione motus
eorū. ſ. corpoꝝ celeſtiū fuit declaratū ꝙ cauſa continua-
tionis nō eſt iſta qua mouent̄. Sed illō qō largitur eius
cōtinuationē eſt illud appetibile. ſ. ad quod mouent̄. Ex
quibus patet ꝙ cā cōtinuationis motus celeſtis eſt cauſa
finalis. Et ſequit̄: ⁊ fuit declaratū ꝙ dator ꝯtinuationis
motui eſt dator motus celi: ⁊ niſi ipſe eēt deſtrueret̄ mo-
tus: ⁊ ſi motus. ⁊ celum. celū enim eſt ꝓpter ſuum motū:
⁊ ſi motus celi deſtrueret̄. deſtrueret̄ motus inferiorum
orbiū: ⁊ ſic mundus. ex quo verificat̄ ꝙ dator ꝯtinuatio-
nis ipſi mobili eſt dator eē alijs entibꝰ: patet in quo ſen-
ſu dicit ipſum dare eſſe omnibus entibus. ſ. ga dat eē mo
tui ꝓmo ſicut eius cauſa finalis: ⁊ per ꝯñs celo: qō eſt ꝓp
motū ꝓpriū: ⁊ a ſua forma ꝓmo hēt diſpoſitiones ꝓprias
conuenientes illi motui: ⁊ cū alij orbes ſint ꝓpter ꝓmuz:
nec eſſent ſi illud non eſſet: dat etiaz per ꝯñs eſſe illis. Et
quia celi ſunt cauſa elemētoꝝ ⁊ mixtoꝝ ⁊ alioꝝ genera-
biliū ⁊ corruptibiliū: ſequitur de primo ad vltimum ꝙ
ꝓmum dat eſſe omnibus entibus ⁊ conſeruet illa: non ꝙ
omnia ꝓducat ſm intētionē Cōmē. ſed ga eſt finis ꝓmi
motus ⁊ alioꝝ. ¶ Ad ſcōm dōm ꝙ gcgd ſit de hoc an. ſ. Ad 4m
ex hoc ꝙ ceteroruz deus eſt finis: ſequeret̄ ꝙ cetera ſint
ꝓducta vel nō. certū tn̄ eſt hoc ſequi nō crediſſe ꝓhz
⁊ Cōmen. vnde manifeſte vnū poſuerūt ⁊ aliud negaue-
runt. Ad ꝓbationē aūt cōſequētie patebit rñſio infra. q.
3a huius diſtinctionis. ¶ Diſtinctio quoq̄ quaz dant de
duplici factione vt ſupra oſtēſuz eſt. nō eſt ſm doctrinaz
ꝓhi aut Cōmen. ſed ſm Auicen. qui ab eis in hoc pluri-
mū diſcordat: nec ꝓma ꝓbatio diſtinctionis illius ex di-
cto Cōmen. 12° meta. valida eſt vt ſupra monſtratuz eſt. Cō. 44.
¶ Secūda quoq̄ minus valet. nam cū dicit: ꝙ quoddā
actū eſt ꝓus nāliter ipſo tpe ⁊ eſt orbis qō ſequit̄ tēpus: ⁊
cui tps accidit: ⁊ qōdā agēs eſt etiā ꝓus nāliter tpe ipſo: 2°. c. de
⁊ illud eſt intelligentia faciēs orbem in diſpoſitionibꝰ ne ſuba.
ceſſarijs: non accipit agens ⁊ actum proprie: ſed ſimilitu-
dinarie tm̄: vt ſuperius oſtenſum eſt.

Quantum ad 2m articulū eſt ꝗdā opinio dicens ꝙ 2° artic.
mens ꝓhi ⁊ Cōmen. fuit: ꝙ qlibet or- Aureo. li.
bis hz duos motores. vnū quidē ꝓpriū ⁊ ſibi nālr vnitū ꝓ diſ. 42.
ꝑ modū forme largientis duas perfectiones eidē modo q. ꝓ. ar. ꝓ.
ꝓexpoſito in articulo precedenti: ⁊ hic mouet tm̄ per mo ꝓpōne. 5.
dum agentis: ⁊ imediate dictū orbē exequēdo. ſ. imedia-
te motū eius circularē: ⁊ hoc modo cōiuncta eſt ⁊ mouet
quelibet itelligētia abſtracta preter ꝓmā. alium motorē
hēt nō quidē ꝓpriū vt putauit Auicen. ſed cōem mouen
tem tm̄modo per modū finis: ſicut amatum ⁊ deſidera-
tum a motoribus cōiunctis ⁊ actiuis: ⁊ hic motor eſt itel
ligentia ſimplr̄ ꝓma: quā deū vocant ⁊ cauſaz ꝓmā. Mo
dus aūt ſue motionis ſm iſtā opinionē eſt: ꝙ ipſa virtua
liter ⁊ velut ars quedam vlis oia exemplariter cōtinēs
⁊ eminēter exiſtens in mēte cuiuſlibet alterius itelligē-
tie cauſat efficiēter deſideriū ſiue amorē ⁊ cōplacentiaz
ſui in illis: ita ꝙ eadē ipſa eſt que imediate efficit deſide
riū ⁊ que terminat ſeu finit: nā ipſa eſt quaz appetūt ⁊ in
qua complacent. Ex tali autē cōplacētia quilibet motor
alius mouet ad explicandū artem illā vniuerſalē in ma
teria per motū ſui orbis: magis tn̄ et minus ſm ꝙ illam
magis ⁊ minus intelligunt. nam motor ꝓmi orbis itelli-
gens eā totalr̄ ⁊ vlr intēdit bonū ſimplr̄ totius vniuerſi:
ſicut dux hñs in mente artē totalē militarē ad dirigēdū
totum exercitū. deinde motor ſcōi orbis intelligit ꝑticu-
larius predictam artē vlem: ⁊ ideo intendit bonum etiā
particularius cōtentū ſub bono qō itendit ꝓmus motor:
ſicut miles hñs artem equeſtrem cōtentā ſub militari i-
tendit non totale regimen exercitus totiꝰ: ſed aliquid cō
tentū ſub eo: ⁊ ſic deinceps per ordinē ipſoꝝ ſm ordinez
ipſoꝝ orbiuz deſcendendo; ita ꝙ ipſa ars vlis ſola eſt fi-

nis cuiuſlibet motoris cõiuncti ⁊ motus ipſius:⁊ ipſa ni
bil efficit niſi deſideriũ ſui in illis. Ex quo pꝫ etiã vt di
cunt ꝙ ipſa nõ eſt expers oĩs actionis q̃uis nõ imediate
efficiat motũ ſeu moueat ipſum celũ. ¶ Iſta opi. q̃ ſuba
liter recitata eſt:lꝫ multo ꝓlixius declaret̃ a defenſorib⁹
ſuis:multiplr tñ ꝓbat̃ auctoritatibus ⁊ rõnibus. Aucto
T.c.36. ritas ṗma eſt Phi iz° meta. dicentis de ṗmo pn° ꝙ mo
Com.36 uet vt appetibile ⁊ deſideratũ ⁊ amatũ ſup quo dicit Cõ
mẽtator. Ex h̃ appet hñ corpa celeſtia eſſe alata: ⁊ ꝙ nõ
hñt de v̓tutib⁹ aĩe niſi itellectũ ⁊ v̓tutẽ deſideratiuã que
mouet in loco:⁊ i fine cõmẽti ſubdit. ꝙ corpa celeſtia cũ
habeãt appetitũ ꝑꝑ itellm. itells aũt appetit mai⁹ bonũ
ipſo ꝯtigit nec̃io ꝙ corpa celeſtia appetũt in h̃ motu ali
qð maius bonũ ipſis. Hec Cõmẽ. Cũ igit̃ corpa celeſtia
nõ appetãt vel itelligãt iquãtũ corpa ſũt: ſed potius for
ma abſtracta ipſis vnita quã aiam vocat Cõmẽ. appetat
⁊ itelligat. ſequit̃ ꝙ ſi appetat maius bonũ illud ſit vlti
mus finis:⁊ nõ moueat executiue: cuꝫ eo nihil ſit maius
2m bonũ. ¶ Scðã eſt quã ſubdit ibidẽ Phs. d. ꝙ pn̄m mot⁹
T.c.37. celeſtis eſt imaginatio per intellm: vbi Cõmẽ. Cũ decla
Cõ. 37. rauit inquit pmũ motorẽ eſſe eternũ et ſubſtantiã puraꝫ
ſine mã ⁊ motorem abſqꝫ eo qð mouet̃:⁊ qð mouet ſic̃
deſideratũ ⁊ voluptuoſum. pn̄m aũt cuiuſlibet motionis
eſt ex aliq̃ ⁊ ad aliqd. vult hic narrare pn̄m iſti⁹ motiõis
in moto qd eſt. ⁊ qd eſt illð ad qð eſt motus: ⁊ dixit. pn̄m
aũt iſti⁹ mot⁹ extrĩs in corpe celeſti eſt imaginatio ꝑ itel
lectũ. vbi etiã apparet ꝙ vltra motorẽ q mouet vt ama
tũ ponit motorẽ executiuũ qui eſt imaginatio ꝑ intellꝫ.
3m ¶ Tertia auctoritas eſt Cõmen. in eodẽ. dicẽtis ꝙ mot⁹
Cõ. 41. celeſtis componit̃ ex duobus motoribus: quoꝝ vnus eſt
finite motionis:⁊ eſt anima exiſtẽs in eo: alier v̓o īfinite.
⁊ eſt potẽtia que nõ eſt in mã:⁊ ſubdit ꝙ ſi poſuerimus
illud ad qð mouent̃ corpa celeſtia. ſ. pmũ motorẽ non eẽ
trãſmutabilẽ aliquo modo: ꝯcludit ꝙ ſemꝑ mouebunt̃:
⁊ concludit ꝙ corpus celeſte eſt animatũ neceſſario: vbi
etiã pꝫ ꝙ vltra motorẽ coniunctuꝫ quem vocat aiaꝫ celi
4m ponit motorẽ per moduꝫ finis. ¶ Quarta auctoritas eſt
Cõ.44 eiuſdem ibidẽ. vbi ait: ꝙ illud qð intelligit motor corpo
ris celi de pmo motore: ⁊ eſt ala celi: aliud eſt ab eo quod
intelligit ex eo motor orbis ſaturni: ⁊ ſubdit ꝙ perfectio
vniuſcuiuſqꝫ motoris conſiſtit in intelligendo cauſaꝫ ꝓ
priam ⁊ cãm pmã. Ecce ꝙ p̃ter motorẽ executiuuꝫ ponit
5m cauſam pmã mouentẽ per modũ finis. ¶ Quinta aucto
T.c.64 ritas eſt Phi z° celi dicẽtis: ꝙ nobile perfectũ eſt vnum
Cõ.64. qð non indiget operatione qua fiat nobilior. vbi Cõmẽ.
dicit ꝙ omnia entia nõ intendunt per ſuas operationes
niſi vt aſſimilent̃ ꝑfecto nobili: qð eſt deus: nõ qð idiget
actione in acquiſitione ſue nobilitatis. Ex quibus patet
6m etiã ꝙ deus nullã hꝫ actionẽ. ¶ Sexta eſt Cõmen. in de
cap.4. ſubſtantia orbis. vbi ait ꝙ cũ Ariſto. cõſiderauit corpus
celeſte eſſe eternũ. omne autẽ motũ mouet̃ per virtuteꝫ
exiſtentem in eo. īuenit ꝙ illa virtus eſt aia nõ admixta
mãe abſtracta ⁊ ſeparata a corpore: et inuenit ipſam eſſe
virtutẽ appetitiuã: ⁊ cũ cõſiderauit de virtutibus appe
titiuis celeſtibus inuenit eas moueri ad appetibile nobi
lius ipſis: ⁊ declaratũ fuit ei ꝙ cauſa cõtinuationis mot⁹
nõ eſt illud quo mouet̃: ſed eſt alið appetibile. hinc etiã
pꝫ ꝙ ponit duos motores. vnũ executiuũ alium vt appe
7m tibile ⁊ finis. ¶ Scðo. eadẽ opione ꝓbat̃ rõnibus. p ga
illud non attribuerũt phi ipſi deo: qð arguit in eo aliquã
potẽtialitatẽ vel mãlitatẽ: cum ipſe ſm eos ſit actus pu
rus oino: ſed ſi ſit motor cõiunctus alicui orbi: ſequit̃ ꝙ
ſit aliquo modo materialis ⁊ potẽtialis: ga omnis talis
motor vnitur moto ſicut forma faciens corp⁹ celeſte ſub
diſpoſitionibus neceſſarijs: vt figura ⁊ motu: et huiꝰ. Et

ideo ſcðo ce. dicit. ⁊ virtus que eſt in hac natura: ⁊ loquit̃ Com. 3.
de itelligentia mouente orbẽ: eſt ſimilis forme naturali:
⁊ eſt ſimilis forme abſtracte. aſſimilat̃ eni forme natura
li: ga ipſa dat huic corpori motũ circularẽ ⁊ eſt in corpo
re ꝙ mouet̃ per ipſam. ⁊ aſſimilatur forme abſtracte: ga
nõ diuiditur per diuiſionẽ corporis in quo eſt. Recipiẽs
enim iſtam formã ⁊ adunatũ cũ ea eſt corpus celeſte cor
porale ad qð ſequunt̃ dimẽſiones corporales ⁊ alia acci
dentia: vbi forma ⁊ formatũ ſunt in eo idẽ numero. Hec
Cõmenta. ¶ P. Phs iz° meta. nũq̃ dicit ꝙ primũ mo 8m
uet vt appetens vel amans: ſed tñ vt appetibile ⁊ ama T.c.36.
tũ: ⁊ aſſumit pro hui⁹ ꝓbatione: ga nihil mouet vt oino
non motũ niſi qð mouet per moduꝫ finis et amati. finis
eniꝫ mouet agentẽ ⁊ motorẽ executiuũ. igit̃ ſi primũ mo
ueat executiue mouebit̃ a fine: ⁊ nõ erit motor oino imo
tus. ¶ Hec opio in tribus que dicit falſa eſt vt mihi vi ꝫ aureo.
det̃. vnũ eſt: quia negat deum ſm Phm ⁊ Cõmenta. eſſe vbi.ſ.
motorẽ coniunctũ alicui orbi executiue ſeu actiue mouẽ
tem. Aliud ga negat alias inferiores intelligẽtias moue
re ſuos orbes per modũ finis. Tertiuꝫ: ga dicit pmã itel
ligentiã ſeu deũ efficere deſideriũ ſui in alijs itelligẽtijs.
ex quo deſiderio mouent orbes. Et ideo pono cõtra iſtaꝫ
tres ꝯclões. ¶ Prima eſt: ꝙ Phs ⁊ Cõmen. opinati ſũt
deum eſſe motorem appropriatũ primo mobili: ⁊ illud i
mediate actiue mouentẽ. ¶ Secũda ꝙ opinati ſũt quã
libet aliam intelligentiã mouere tanq̃ꝫ finis ⁊ eſſe finem
ſui motus: lꝫ nõ vltimatũ: ſed finẽ ſub fine vt declarabi
tur. ¶ Tertia ꝙ non poſuerũt cauſari efficienter a pmo
deſideriũ vel amorẽ ſui in alijs itelligentijs ex quo mo
uerent orbes. ¶ Primã cõcluſionẽ probo. pmo auctori p° ꝫ
tatibus expſſis. ſcðo rationibus. auctoritas pma eſt Phi
iz° meta. vbi diſtinguẽs inter pncipia abſtracta mouẽtia T.c.37.
orbes ait. at v̓o ⁊ quod bonũ ⁊ qð ꝑpter ipſum eligibile
in eadem coelementatione ⁊ optimũ: ⁊ trãſlatio cõmẽti
habet: ⁊ illud quod eligit̃ ꝑpter ſe in vnitate electorũ et
eſt valde nobile. vbi Cõmenta. exponens ait. Et illud qð Cõ. 37.
diligitur ꝑpter ſe in vnitate iſtorũ electorũ eſt nobile val
de: ideſt ⁊ etiam illud qð diligitur propter ſe ⁊ deſiderat̃
in hec pncipia abſtracta: quoꝝ vnumquodqꝫ eſt aliquod
vnum ſimplex ⁊ electũ corporis qð mouet: ⁊ illud qð ex
eis eſt in fine nobilitatis ⁊ ſimplicitatis ⁊ vnitatis. Et in
tendebat ſcilꝫ Ariſto. per hunc ſermonẽ diſtinguere iter
primũ pncipiũ ⁊ alia pncipia abſtracta. alia enim viden
tur eſſe electa ⁊ deſiderata ꝑpter alia: ſcilꝫ pncipia alio
rum motuuꝫ celeſtium preter vel ꝑpter ſm aliam litte
ram motum diurnũ. qð autẽ hunc motum facit videtur
eſſe electum per ſe cum verſus ipſum mouet̃ omne mo
tu velociori ⁊ maiori motibus proprijs vnicuiqꝫ eorum.
Eſt enim electum per ſe ⁊ amatũ omnibus: tale auteꝫ eſt
perfectum in fine. Hec Cõmẽtator. Hec auctoritas tam
expreſſe eſt pro cõcluſione vt nullus ſi diligenter atten
dit permittatur ſentire oppoſitũ. nam cõſtat ꝙ ſm inten
tionem Phi ⁊ Cõmentatoris ſolum pncipiũ ſimpliciter
primum: quod eſt deus: eſt electum per ſe: et alia propter
ipſum: ⁊ amatũ omnibus ⁊ perfectũ in fine: ⁊ in fine no
bilitatis ⁊ ſimplicitatis ⁊ vnitatis. Cuꝫ igitur dando dif
ferentiam inter pncipia motuũ celeſtiũ dicat tale eſſe pn
cipiũ motus diurni quem cõſtat eſſe primi mobilis: ma
nifeſte concluditur ꝙ ſm intentionem ipſoꝝ deus ſit eo
modo pncipium illius motus quomodo non eſt pncipiũ
aliorũ: ⁊ quomodo alia pncipia abſtracta a quibus iſtud
primum diſtinguit. ſunt principia aliorum motuũ: ⁊ per
conſequens tanquam motor executiuus ⁊ appropriatus
atqꝫ coniunctus pmo orbi. ¶ Cum etiam aliorum ipſe
ſit finis ſm intentionem Philoſophi vt opi. dicit et alia
pncipia

principia ſint ſuis orbibus cõiuncta ⁊ appropriata:atq
2ᵐ actiue mouentia.¶ Secũda auctoritas eiuſdem pħi eſt
T.c.43. infra in eodẽ lib.vbi querit:an ſint ponende plures ſub
ſtãtie eterne ⁊ quot.ait.n.ſic.videmus aũt p̃ter vniuerſi
ſimplicẽ lationẽ quã mouere dicim⁹ p̃mã exiſtentẽ hic
creari per ſe ſubſiſtēs: ⁊ nō in alio. vbi gr̄a. angelus aut ēt
q̄libet alia res quā crearet de° nō in aliq̄ ſubto: ⁊ ꝯuenit
etiā aliqd creari in aliq̄ ſubto: ſicut ſ3 doctores gr̄a crea-
tur in aīa humana ſeu rōnali: ⁊ aīa rōnalis in corpore.

pª arti. **His p̄miſſis** Pono ad ꝓpoſitū ſex ꝯnes. pª eſt.
ꝙ creatio ſuppoſito ꝙ de° aliquid
creet eſt entitas a deo diſtincta: ⁊ ſimilr ꝯſeruatio eſt en
titas diſtincta a deo. 2ª ꝙ nulla res creat̄ a deo creatio-
ne a ſe diſtincta. 3ª ꝙ nulla res cōſeruat̄ a deo cō ſerua-
tione a ſe diſticta. 4ª ꝙ nulla creatio eſt ꝯſeruatio: nec
aliqua conſeruatio eſt creatio. 5ª ꝙ aliq̄ creatio eſt paſ-
ſio ⁊ aliq̄ nō eſt paſſio. oīs aūt creatio eſt actio. Et ne fiat
calumnia dicēdo ꝙ nunc nō eſt aliq̄ creatio vel ſaltē nō
cōſtat nobis aliquā eē ſicut nec cōſtat ꝙ in illo inſtāti p̄
ſente aliqd creet accipiat̄ iſte termin° eſt pro ꝯtingit: vel
in p̄dictis locutionib° ſupponat̄ deū creare aliqd vel ali-
qua actualr: ⁊ ſic per totū ſequētē p̄ceſſum q̄onis intelli
gant̄ tales propoſitiones. 6ª ꝯ eſt. ꝙ aliq̄ cōſeruatio eſt
pª ꝯ paſſio ⁊ aliqua nō. oīs aūt eſt actio. ¶ Prima ꝯ ꝓbat̄. q2
pm oē cui° potētia creatiua iquātū hui° eſt pn^m eſt entitas a
deo diſtincta. p3. ſ3 creationis potētia creatiua inquātus
huius eſt pn^m. ḡ ⁊c. minor ꝓbat̄: q2 oīs potētia actiua in-
quātum huius eſt pn^m ſui actus ſeu opationis: ſicut ⁊ oīs
actiua trāſmutatiua ſue trāſmutationis ⁊ factiua ſiue fa
2m ctionis. ¶ 2° oīs opatio nō coeterna deo ex dei volunta-
te exiſtēs eſt entitas a deo diſticta. p3. ſ3 creatio eſt hō. di
cap. 9° cente Dam. li° p°. creatio eſt ex dei voluntate opus exīs ⁊
nō coeternū eſt deo. Eodē mō ꝓbat̄ ꝙ cōſeruatio eſt en
titas diſtincta a deo: q2 ſicͭ creatio eſt act° potētie creati-
ue: ita cōſeruatio eſt actus potētie cōſeruatiue: ⁊ potētia
2ª ꝯ ꝯſeruatiua iquātū hui° eſt eius pn^m. ¶ Scda ꝯcluſio ꝓ
bat̄. p° q2 ſi aliq̄ res creat̄ creatiōe a ſe diſticta. ſit illa. v.g.
angelus. aut igit̄ creatio angeli creat̄ a deo creatiōe alia
a ſe diſtincta: aut nō alia creatione a ſe diſtincta. h̄ p3: q2
oīs entitas q̄ nō eſt de° eſt facta a deo: vt ſufficiēter ꝓba
tū eſt. di. 45. p̄mi lib. igit̄ iſta creatio ſi eſt entitas alia ab
angelo: cū etiā ſit diſtincta a deo: eſt a deo facta. ⁊ cōſtat
ēt ſm opinātes ꝙ ita de nihilo ſit ſicut ⁊ ipſe angelus: ⁊
ꝙ ēt imediate p̄us nō fuit. igit̄ eſt creata: ⁊ ſi ſic aut alia
creatione aut nō alia. ſi alia eadē rōne ⁊ illa alia eſt crea
ta alia creatiōe: ⁊ ſic in īfinitū. ſi nō alia: eadē3 rōne nec
angelus: q2 q̄ rōne vna eſt entitas creata abſq3 tali crea-
tione diſticta: eadē ⁊ q̄libet. cū nulla rō nec auctas plus
2m cogat de vna q̄3 de q̄libet alia. ¶ Cōfirmat̄: q2 ſupflue ⁊
ſine rōne ponit̄ in aliquo creationē ei° ab ipſo diſtingui:
ex quo aliqd ſine creatiōe diſtincta a ſe creatur. nec eui-
dētia vel rō aliq̄ aut auctoritas cui ſit ſtādū plus in vno
3m ad id cogit q̄3 in alio. 3° ꝯſtat ꝙ oēm entitatē corruptā
vel annihilatā pōt deus eādē3 numero reparare ⁊ in eo-
dē ſubiecto in quo p̄us fuit repont̄ ſi in aliquo p̄us fuerit:
qm̄ nō magis in vno inſtāti repugnat alicui ſubto infor-
mari vna forma q̄3 in alio. ſi igr̄ creatio angeli Michae-
lis fuit talis quedā res exiſtēs: tunc tñ quādo p̄mo crea
tus eſt michael pōt de° illam eandē numero recreare in
aliquo inſtāti p̄ſente vel futuro in ipſo michaele quē

ſuppono eē: ⁊ ex quo creatus fuit ſemꝑ fuiſſe ⁊ fore in in
ſtanti illo: verū erit dicere michael creatur. Sequit̄ aūt
michael creatur. igit̄ michael imediate p̄us nō fuit: ſed
ponitur ꝙ fuit. igit̄ fuit ⁊ non fuit. 4° aut deus pōt crea 4m
re aliq̄3 rem abſq3 creatione ab illa re diſtincta: aut non.
ſi ſic. cū nulla auctoritas vel experiētia habeat̄: per quā
cognoſci poſſit ꝙ aliquā creet mediāte creatione diſtin-
cta: ⁊ per ꝯſequēs nec etiā aliqua ratio: ex quo oppoſitu3
eſt poſſibile. nā omnis talis aut ex experientia vel aucto
ritate p̄cederet. ſequit̄ ꝙ irrōnabiliter ponit̄ talis mul
titudo ſuperflua reru3. ſi vō nō poſſit ſine tali re media
cum ipſa non ſit intrinſeca rei que creat̄ aut erit ei° effe-
ctus nālıter ꝯſequens: aut accidens ſibi inherēs: aut ali-
quo modo per ſe cauſa intrinſeca eius. nō enim apparet
ꝙ aliqua alia rōne non poſſit illa res creari ſine iſta: ſed
nō p̄mū: q2 cuiuſlibet cauſe ſcde effectū deus poteſt ipe-
dire. p3 de igne trium puerorū: nec ſcdm: q2 ſine quocun-
q3 accidēte rei deus illā poteſt facere: ſicut ex intentione
Aug. haberi poteſt in epiſtola ad Cōſentiu3: vbi ait. Nō
valet diuina potentia de iſta viſibili atq3 tractabili nā
corporū quibuſdā manētibus auferre quas voluerit q̄li
tates. vnde poſſet igne3 facere ſine calore: ⁊ ſicut de iſtis
ita de ceteris accidētibus reſpectu ſuoru3 ſubiectorū eſt
ſentiēdū. ¶ ꝯ. Poteſt facere accidēs ſine ſubiecto. ergo
⁊ econuerſo. Nec 3m: q2 cuiuſlibet cāe ſcde effectum pōt
facere ſine illa: vt cōmuniter ꝯceditur: ⁊ dicit articulus
Pariſieñ. 63. ¶ Tertia ꝯ ꝓbatur: q2 ſi angelus cōſerua- 3ª ꝯ
retur conſeruatione a ſe diſtincta: cum quelibet res que
non eſt deus cōſeruetur a deo: vt ꝓbatu3 eſt di. 45. p̄mi.
aut illa ꝯſeruatio cōſeruat̄ a deo ꝯſeruatione a ſe diſtin
cta: ⁊ ſic alia etiam in infinitū: aut cōſeruat̄ abſq3 cōſer
uatione alia: ⁊ eadē rōne angelus ipſe. Scdo ſi cōſerua 2m
tio ſit res diſtincta ab angelo: cū deus nullo alio a ſe indi
geat ad ꝯſeruationē cuiuſq3 rei: ⁊ quālibet poſſit facere:
⁊ in eē cōtinuare abſq3 aliquo alio ab illa: ⁊ quolibet ei°
intrinſeco ⁊ a deo diſtincto: ſequit̄ ꝙ deus poteſt conſer
uare angelum abſq3 ꝯſeruatione: ⁊ ſic nō ꝯſeruādo ꝯſer
uabit. Tertio agens creatu3 ꝯſeruat ſuū effectū abſq3 3m
ꝯſeruatiōe ab illo diſtincta. igit̄ multo magis de°. aſſum
ptū ꝓbo: ⁊ ſumo gr̄a exēpli corpus qd̄ cauſat ⁊ cōſeruat
ſuā imagine3 in ſpeculo vel ſpēm in oculo: ⁊ ſuppono ꝙ
quilibet effectus de genere ꝑmanētiū nālıter ꝓduci° ab
agēte creato ſiue producatur ſubito ſiue ſucceſſiue etiā
ſi nihil eius ſit p̄mo productu3. ipſe tamē in aliquo inſtā
ti h3 p̄mo eſſe: ⁊ hoc eſt certū ⁊ cōmuniter ꝯceſſum. Sup
pono etiā ex dictis ꝙ nulla res cōſeruatur in p̄mo inſtā-
ti ſui eē. ſit igit̄ effectus datus a. ſi eius ꝯſeruatio eſt en-
titas ab ipſo diſtincta ipſa nō eſt in primo inſtāti eſſe a.
vel igitur ipſa poſt illud inſtās fiet partibiliter vel tota
ſimul: ſi tota ſimul. igitur in aliquo inſtanti poſt inſtans
p̄mum eſſe a. habebit p̄mo eſſe: ⁊ per ꝯſequēs per totū tē
pus medium a. fuit conſeruatū a ſuo agēte creato abſq3
conſeruatione media. Ex quo vlterius ſequitur ꝙ etia3
poſtea non eſt ponēda. Si vō nō producatur totū ſimul
ſed pars poſt partem: aut igit̄ quelibet illaru3 partiū eſt
conſeruatio aut non: ſed omnes ſimul quaſi ipſa ꝯſerua-
tio ſit quoddā totū ⁊ etherogeneū. Si ſcdo modo dicat̄
ſequitur ſicut prius ꝙ per aliquod tēpus. puta per illud
qd̄ p̄cedit inſtās quo p̄mo eſt perfecta cōſeruatio fuerit
a. abſq3 conſeruatione. Si aūt dicat̄ p̄mo modo ſequit̄
ꝙ conſeruatio eſſentialiter intēditur ⁊ ſuſcipit magis ⁊
minus: ⁊ per ꝯſequēs ſemꝑ aliquid poteſt intenſius ⁊ re
miſſius conſeruari: ⁊ remiſſius quidē per remiſſiorē con
ſeruationē: ⁊ itēſius per itēſiorē. S3 hui° oppoſitū ex to-
to ſequit̄ in ꝓpoſito: q2 nō alr aliqd pōt itelligi itēſi° vel

magis ↄſeruari:niſi q2 diutius ↄtinuaẽ in eſſe.cõſtat aũt
ꝙ a.diutius ↄtinuabiẽ per vnã partez ſue cõſeruationis
vtputa per ꝑus factã ꝙ̃ ꝑ totã.nã per totũ tẽp⁹ quo erit
poſt cõpletã creationẽ ſue ↄſeruationis ↄſeruabiẽ per il-
lã ptẽ:⁊ vltra h̃ per tp̃s illud ꝓcedẽs creationẽ toti⁹ ⁊ ſe-
4ᵃ ↄ̃ quẽs creationẽ ptis.❡ 4ᵃ ↄ̃ ꝓbaẽ ſic.nulla res q̃ creaẽ
ↄſeruaẽ.igiẽ nulla creatio eſt ↄſeruatio.añs pz.q2 ex op-
poſito ſequiẽ ꝙ de eadẽ re ſit ſimul verũ dicẽ.hec res i-
mediate ꝑus fuit ⁊ hec res nõ imediate ꝑus fuit q̃ ſũt ↄ̃-
dictoria.nã ſequiẽ.hec res ↄſeruaẽ.igiẽ hec res imedia-
te ꝑus fuit.Siĺr ſeq̃ẽ hec res creaẽ.igiẽ hec res nõ ime-
diate ꝑus fuit.igiẽ ſi hec res ↄſeruaẽ ⁊ creaẽ hec res ime
diate ꝑus fuit ⁊ nõ imediate ꝑus fuit.ↄña ꝓbaẽ:q2 ſi ali
q̃ creatio eẽt ↄſeruatio:cũ quelibet creatio ſit res q̃ crea-
tur:ex eo ꝙ quelibet ſit entitas a deo diſticta:vt pz ex pᵃ
ↄ̃ne:⁊ nulla res creeẽ creatione a ſe diſtincta:vt pz ex 2ᵃ:
⁊ ſiĺr q̃libet ↄſeruatio ſit res que ↄſeruaẽ:vt ex eiſdẽ ↄ̃-
nib⁹ ſiĺr pz.ſequereẽ ꝙ aliq̃ res que crearẽ ↄſeruareẽ:
2ᵐ qd̃ ↄ̃dicit anti.❡ ꝓ.Eſto ꝙ creatio diſtingueretur a re
que creaẽ:⁊ ↄſeruatio a re que ↄſeruaẽ:tunc oĩs creatio
eẽt rei que creaẽ:⁊ ↄſeruatio rei que ↄſeruaẽ.igiẽ ſi aliq̃
creatio eẽt ↄſuatio ipſa eẽt creatio rei que crearẽ:⁊ cõ-
ſeruatio rei que cõſeruareẽ.⁊ ↄſtat ꝙ nõ eſt alteri⁹ crea-
tio ⁊ alterius ↄſeruatio.igiẽ eiuſdẽ.⁊ ſic eadẽ res creare-
Contra tur ⁊ ↄſuareẽ.❡ Sz pᵃ ꝓbatio ↄñe videẽ repugnare cõ
cluſioni.nã ſi creatio eſt ipa res q̃ creaẽ.v.g.ipe angelus:
⁊ ſimiĺr ↄſeruatio angeli eſt ipſe angelus:videtur ſeq ꝙ
ↄſeruatio ſit creatio.Tũ per illud ꝑnᵐ.quecũq3 vni ⁊ ei-
dẽ ſunt eadẽ iter ſe ſũt eadẽ.Tũ3 per ſyll̃m expoſitoriũ
ſic arguẽdo.hic angelus eſt creatio.hic angelus eſt ↄſua
tio.eodẽ vtrobiq3 demr̃ato ſequiẽ.g̃ ↄſuatio eſt creatio.
Rñſio ❡ Ad pᵐ ↄcedo illã maiorẽ ad bonũ itellectũ:ſed mino
rẽ ſumendã ſub.ſ.hanc.Sed creatio ⁊ ↄſeruatio ſunt ei-
dez.vbi gr̃a.angelo eadẽ.nego.nã angelus nõ eſt creatio:
niſi qñ ꝑmo eſt:⁊ nũc nõ eſt ↄſeruatio:ſicut nec tũc ↄſer-
uaẽ:ſ3 ſolũ poſtq̃ fuit.Et iõ l3 res que fuit creatio ſit ↄſ-
uatio:aut que eſt creatio erit ↄſeruatio:nunq̃ tñ ea q̃ eſt
ↄſeruatio eſt creatio:⁊ iõ pro nullo inſtãti hec põt eẽ va.
creatio ⁊ ↄſeruatio ſunt eidez eedẽ.❡ Ad 2ᵐ dico ꝙ pre-
miſſe nunq̃ ſunt ſimĺ vere.Sed qñ vna eſt va reliq̃ eſt
5ᵃ ↄ̃ falſa:⁊ pz ex nũc dictis.❡ 5ᵃ ↄ̃.q̃tum ad pᵐᵃᵐ partẽ ꝓbaẽ
q2 aliq̃ creatio eſt act⁹ paſſiui iquãtũ ẽ paſſiuũ:⁊ aliq̃ nõ
eſt act⁹ paſſiui.igiẽ aliq̃ eſt paſſio ⁊ alia nõ.ↄñtia ꝓbaẽ
ex dictis in ꝓcedẽti q.ãñtis.pᵃ ps pz.Cũ gr̃a creaẽ in aĩa
dat aliqd aliud in alio receptũ.2ᵃ ps pz in creatione ali-
cui⁹ per ſe ſubſiſtẽtis.2ᵃ ps ↄ̃nis ꝓbaẽ:q2 oĩs creatio ẽ
act⁹ potẽtie actiue inquãtũ actiua eſt.igiẽ oĩs creatio eſt
actio.añs pz:q2 potẽtia creatiua iquãtũ hui⁹ eſt vere acti
6ᵃ ↄ̃ ua.❡ 6ᵃ ↄ̃.ſiĺr mõ ꝓbaẽ.nã ↄſuatio gr̃e in aĩa eſt paſſio.
ↄſeruatio vo ãgeli nõ eſt paſſio.Quia vo oĩs ↄſuatio dei
eſt actus potẽtie actiue iquãtũ hui⁹.nã potẽtia ↄſeruati-
ua agentis iquãtũ eſt ↄſuatiua eſt actiua:ſic ⁊ ipm agẽs
ↄſeruãs iquãtũ ↄſeruat agit:⁊ vtroſ h3:iquãtũ ſpecifica-
tiue.agẽs.n.ↄſeruans alia rõne dr̃ ↄſeruans reſpectu ſui
effect⁹:⁊ alia rõne dr̃ forma ↄſeruare ꝓpriã mãm:ſicut
T.c. 7. aĩa dr̃ conſeruare corpus.2ᵒ de aĩa per pħm:⁊ in de ſuba
2.9. õrbis.per Cõmẽ.q2 igiẽ agens nõ ↄſeruat niſi ↄtinue ꝓ-
ducendo ſeu agendo effectũ ſuũ:iõ iquãtũ.cõſeruat agit
⁊ per ↄñs potẽtia ↄſeruatiua talis iquãtũ hui⁹ ẽ actiua.
2ᵃ arti. Contra ꝓdicta ⁊ maxie ↄtra 2ᵃᵐ ⁊ 3ᵃᵐ ↄ̃nes ꝓter ali-
quas rõnes factas ↄtra 3ᵃᵐ ↄ̃nẽ ꝓcedẽtis.q.
Aureola vbi ſupra que ſunt etiã ↄtra has ſunt alie q̃dã rõnes eiuſdẽ docto-
ris.vñ ꝑmo ↄtra 2ᵃᵐ ↄ̃nẽ arguiẽ ſic.oẽ qd̃ eſt cã efficiens
alicui⁹ eſt entitas ab illo diſtincta:ſed creatio eſt cã effi-
ciẽs rei que creaẽ.igiẽ creatio eſt res diſtincta ab ea que
creaẽ:⁊ per ↄñs res creaẽ creatione a ſe diſtincta:cui⁹ op
poſitũ dicit 2ᵃ ↄ̃.maior eſt nota.ꝓbaẽ minor.pᵒ q2 totuz
eẽ qd̃ h3 a deo res que creaẽ.v.g.lapis h3 per creationẽ:⁊
iõ h3 eẽ a deo:q2 h3 eſſe per creationẽ.igiẽ ad idẽ genus
cãlitatis reduceẽ eſſe per creationẽ ⁊ eſſe a deo.Sed eſſe
a deo reduciẽ ad genus cãe efficiẽtis.igiẽ ⁊ eſſe per crea-
tionẽ.Et iõ dicit iſte doctor ꝙ cũ diciẽ lapis creaẽ crea-
tione:ille ablatiuus teneẽ in rõne cãe efficiẽtis:nõ foria-
lis vt q̃dam putauerũt.❡ Scd̃o q2 creatio nõ eſt aliud 2ᵐ
q̃ illud qd̃ iportaẽ per eẽ a deo effectiue.h̃ aũt eẽ effecti
ue ꝓcedit lapidẽ cauſalitate originis:cui⁹ ꝓbatio eſt:q2
nõ iõ lapis eſt a deo ſiue creaẽ:q2 eſt:ſ3 iõ lapis ẽ:q2 crea
tur.hoc aũt nõ eſt:q2 ſuũ exire a deo eſt ſibi cauſa vt ſit.
igiẽ qd̃ ſignificaẽ per eẽ a deo eſt ꝑus lapide ꝓoritate ori
ginis ⁊ cauſalitatis:⁊ cõſtat ꝙ non alterius q̃ efficiẽtis.
❡ 3ᵒ q2 ſi de⁹ ſubtrahat actionẽ ſuã creatura cedet in ni- 3ᵐ
hil.igiẽ cauſa q̃re creatura erat:erat actio illa.❡ Scd̃o 2ᵐ ꝑnˡᵉ
ꝑncipaĺr ↄtra eandẽ ↄ̃nem.creatio nõ creaẽ.igiẽ nec eſt
res que creaẽ.ↄña pz:q2 oẽ qd̃ eſt res que creatur:creaẽ.
añs ꝓbaẽ.q2 alias creatio caderet ſup creationez ⁊ eſſet
ꝓceſſus in ifinitũ in creatiõib⁹ creationum. 3ᵒ põt ſic ar 3ᵐ ꝑnˡᵉ
gui.ipoſſibile eſt creationẽ ↄſeruari.Sz poſſibile eſt rez
que creaẽ ↄſeruari.igiẽ res q̃ creaẽ nõ eſt creatio.Ma-
ior pz:q2 ſi creatio ↄſeruareẽ:ſequereẽ ꝙ ipſa eẽt in aliq̃
inſtãti ante qd̃ imediate ipa fuit:⁊ cũ qñcũq3 eſt creatio
aliquid creeẽ:verũ eẽt dicere tunc aliqd creari qd̃ ꝑus i-
mediate fuit:qd̃ iplicat ↄtradictionẽ.Minor aũt nota ẽ.
nã poſſibile eſt ꝙ angelus qui nũc creaẽ ſuppoſito ꝙ ali-
gs nõ creaẽ duret ⁊ ↄſuet a deo ẽt in ꝑpetuuz.❡ Cõtra 3ᵃ ↄ̃ⁿᵉᵐ
3ᵃᵐ ↄ̃nẽ põt argui ex eiſdẽ fundamẽtis. pᵒ q̃dẽ:q2 ↄſua-
tio ſeu manutenẽtia creature eſt cã ei⁹.g̃ diſtiguiẽ ab ea.
aſſumptũ ꝓbaẽ.tũ q2 creatura ↄſuaẽ per manutenẽtiaz
dei nec ↄſeruaẽ a deo:niſi per manutenẽtiã ei⁹.tũ q2 nõ
iõ res ↄſeruaẽ:q2 durat in eſſe:ſ3 q2 ↄſuaẽ iõ durat.igiẽ
ſuũ ↄſuari eſt cauſa eius vt ſit.tũ q2 ſi deus ſubtraheret
ſuã manutenentiã creatura cederet in nihil.igiẽ manu-
tenẽtia eſt cã eius.❡ 2ᵒ q2 ipoſſibile eſt ↄſuationẽ crea- 2ᵐ
ri vel conſeruari.nam ſi poſſet cõſeruari poſſibilis eſſet
actualis infinitas conſeruationum.Si vo poſſet creari
poſſet in aliquo inſtanti ꝑmo eſſe:⁊ per ↄſequens res ali
qua poſſet in aliquo inſtanti ꝑmo conſeruari.hoc aũt eſt
falſum:quoniã non in inſtanti in quo creatur:q2 ante il-
lud nõ fuit nec in alio ſequẽti:q2 nullũ ſequentiũ eſt pᵐ.
⁊ tamẽ in quolibet ↄſeruaẽ.Sed ↄſtat ꝙ poſſibile eſt rẽ
que conſeruatur cõſeruari ⁊ creari:quoniã põt annihila
ri:⁊ iterũ creari ⁊ conſeruari.❡ 3ᵒ cõtra vtrãq3 ↄcluſio- 3ᵐ
nem.nã ↄueniẽter diciẽ creatio lapidis ⁊ cõſeruatio la-
pidis.nõ aũt dr̃ creatio creatiõis aut ↄſuatio ↄſuatiõis
h̃ aũt nõ ↄtingeret:niſi tam creatio q̃ ↄſeruatio lapidis
aliquid diſtinctum eſſet in lapide.❡ Ad ꝑmũ nego mi- Ad rõnes Aureoli
norem.❡ Ad ꝑmã ꝓbationẽ cũ diciẽ.lapis habet eſſe a Ad pᵐ
deo per creationem.dico ꝙ ſi dicta ꝓpoſitio ſumaẽ ſm
ꝓprietatẽ ita ꝙ fiat vis in vocabulis vt facit ſic arguẽs
ipſa eſt ſimpliciter falſa.tum q2 per eam denotaẽ ꝙ eſſe
ſit q̃dã entitas diſticta a lapide quã habeat lapis a deo:
ſicut dicimus aer habet lumẽ a ſole:qd̃ quidẽ falſuz eſt
etiam ſm iſtum doctorem.Tũ3 q2 per eam denotaẽ ꝙ
creatio ſit aliq̃ entitas per quaz ſit lapis a deo:qd̃ vtiq3
falſum eſt:⁊ ideo illã in ſua ꝓprietate ſumptã nego nec
ſic accipienda eſt.ſicubi in aliquo auctore ſcribitur.ſi vo
ſumatur tanq̃ impropria ⁊ loco huius lapis creatur a deo.
vel hui⁹ equiualẽtis lapis fit a deo ex nihilo cũ imedia-
te ꝑus non fuerit vera eſt:⁊ ſic eã intelligũt qui recte ſen
tiunt nec ex ea ſic accepta trahiẽ vlterior deductio.Qd̃
vo addit ꝙ cũ diciẽ lapis creaẽ creatione ille ablatiuus

teneť in rõne cãe efficiẽtis nõ formalis.dõm ꝙ neutro
mõ ſm veritatẽ teneť:nec ẽt illud ꝓprie dĩ.ſʒ eſt ꝓpoſi
Ad 2m tio falſa de vtute ſmonis.¶ Ad 2am ꝓbationeʒ dõm:ꝙ
nec ꝑ a.nec per eẽ effectiue a deo iportať aliq̃ entitas in
mũdo ꝑ q̃ vel a.vel hoc totũ cõplexũ eẽ a deo effectiue
poſſit ſignatiue ſupponẽ:ſic imaginať argumẽtũ.nã nec
ſyncathegoreumatice dictiões nec oĩones pñt ſignatiue
ſupponẽ.Et qꝛ ſuꝑ h fundať argm.iõ nihil valet.Credo
hñ tñ iſtã cãlẽ:iõ lapis eſt:qꝛ eũ deꝰ creat.referẽdo h ad
pm inſtãs eẽ lapidis:aut qꝛ deꝰ ↄſuat referẽdo ad tps ſe
quẽs.Sʒ ex h non ſequiť ꝙ creatio ſit aliq̃ res media ꝑ
quã efficiẽter lapis hẽat eẽ.Qð ẽt dicit de exire lapidis
fictio inanis eſt.nec.n.aliud eſt cogitãdũ q̃ʒ deũ creantẽ
⁊ a quo exit ſm modũ loquẽdi iſtoꝝ:⁊ lapidẽ creatũ vľ
qui a deo exit:⁊ iõ exire lapidis nõ eſt aliud q̃ʒ lapis exi
ens:⁊ iõ ſicut lapis exiens nõ eſt cã ſui:ita nec exire ſuũ
Ad 3m i.qð eſt ipſe.¶ Ad 3am ↄcedo añs ⁊ nego ↄñtiã eundo ad
viʒ verboꝝ:vñ dico ꝙ nõ iõ ſi ſubtrahit actionẽ creatu
ra cedit in nihil:qꝛ actio dei eſt cã creature:ſʒ qꝛ ipſa eſt
ipamet creatura.¶ Cõfirmať illa rñſio:qꝛ ſʒ ꝙ ſupra
ꝓbatũ eſt:⁊ iſte etiã doctoꝛ ↄcedit:actio ipſa dei eſt res a
deo diſtincta.poſito igiť ꝙ ⁊ ipſa eẽt cã creature adhuc
ſine ipſa deꝰ poſſet creare ⁊ ↄſeruare creaturã:cũ oẽm rẽ
quã põt cãre ſimul cũ alia cauſa poſſit ſolus ſine illa:ſic
iſte doctoꝛ ⁊ oẽs theologi ↄcedũt ⁊ ↄcedere iubet articu
lus de omnipotẽtia dei.nõ igiť nec̃io ad ſubtractionem
actiõis dei creatura cedit in nihil:qꝛ ipſa eſt cã creature:
ſʒ potius qꝛ ipſa eſt illamet creatura.verũtñ illud cõe di
ctũ ſi deus ſubtraheret actionẽ ſuã ⁊c̃.nõ puto eẽ intelli
gendũ q̃ſi ſignificeť aliquã entitatẽ ſubtrahi q̃ ꝑerat:ſʒ
ac ſi diceret.ſi deꝰ nõ ageret creaturã creãdo.ſ.vel cõſer
uãdo illa cederet in nihil:⁊ ex tali ſenſu pʒ ꝙ argumẽtũ
Ad 2m nõ hʒ ꝓceſſuʒ.¶ Ad 2am rõnẽ nego añs.nec ꝓbõ valet:
pncile. qꝛ nec creatio nec res q̃ creať q̃ eadẽ eſt creatur creatio
ne a ſe diſtincta:⁊ iõ nõ cadit creatio ſuꝑ creationeʒ:nec
multiplicanť creatiões in ĩfinitũ.h aũt ſequereť ſi res
creareť creatiõe diſticta a ſe:⁊ iõ illa ꝓbatio iuuat pñle
Ad 3m ꝓpoſitũ.¶ Ad 3am dõm:ꝙ ſi maioꝛ ſumať in ſenſu cõpo
pncile. ſitionis ⁊ mioꝛ in ſenſu diuiſiõis vtraqʒ eſt va.⁊ ſic ꝓce
dunt ꝓbationes earũ:ſʒ ex eis nõ ſequiť ↄ̃ illa de ineſſe:
ſicut nõ ſeqť.ipoſe eſt ſedẽtẽ ſtare.poſe eſt euʒ qui ſedet
ſtare.igiť is qui ſedet nõ eſt ſedẽs.nã maioꝛ in ſenſu cõ
poſitionis eſt va:⁊ mioꝛ in ſenſu di.⁊ tñ ↄcluſio eſt falſa:
ſuppoſito ꝙ aliqͣ eſt ꝗ ſedet.Si vo maioꝛ ſumať in ſen
ſu di.nego eã:nec ad hũc ſenſuʒ ꝓbõ valet:qꝛ q̃uis crea
tio poſſit ↄſuari.hec tñ eſt ipoſſis.creatio ↄſuať:⁊ iõ cũ
dĩ ſi creatio ↄſuareť ſeq̃ret ⁊c̃.nihil ad me de ↄñtia:qꝛ
nõ do añs illud:dico tñ hãc eẽ poſem.h ↄſuať demrato
eo pro quo ſupponit h nomẽ creatio.cum dĩ creatio põt
ↄſeruari.⁊ vlteriꝰ ſi ſupponať va.dico ꝙ ipm eſt in aliq̃
inſtãti ante qð imediate fuit:ſʒ ipſe nõ eſt in iſto inſtãti
creatio:⁊ iõ nõ ſequiť ꝙ ſit verũ tũc dicẽ aliqd creať ⁊c̃.
Itẽ ſi minoꝛ ſumať in ſenſu cõpo.eſt falſa:qꝛ hec eſt im
poſſibilis.res q̃ creať ↄſeruať.acceptis iſtis terminis:vt
ſupra in pnº.q.dcñ eſt.ꝓbõ aũt eiꝰ incedit ad ſenſum di.
¶ Ad illud qð arguiť ↄtra 3am ↄ̃nẽ pʒ.qd ſit dõm ex pre
ad argm ↄ 3am ↄ̃nes miſſis.nã negãdũ eſt ↄſeruationẽ cãm eẽ creature ad in
tellectũ arguẽtis:nec pº probatio valet:qꝛ de vtute ſmo
nis accepta hec ẽ falſa.creatura ↄſuať per manutenẽtiã
dei.Sʒ hec vtiqʒ eſt va.creatura ↄſuať per manutenen
tẽ dei:⁊ ſilr hec.creatura manuteneť a deo:⁊ loco iſtarũ
vel alterius ex ipſis ponũt illaʒ pmã qui recte ſentiunt.
⁊ ad reliquas duas ꝓbões ſilr ſuo mõ dõm eſt ſic dõm
eſt de creatiõe.Ad 3m dõm ꝙ creatio põt ↄſuari nõ tñ
ꝓcediť in ĩfinitũ:qꝛ nõ ↄſuať ↄſuatiõe a ſe diſticta.Itẽ
dico ꝙ ↄſuatio põt creari.hec tñ eſt ipoſſis:ↄſuatio crea
tur.¶ Ad 3am dõʒ ꝙ illud cõe dcm ad verũ itellectũ itel Ad 3m
ligẽdũ eſt ſm ↄſtructionẽ ĩtrãſitiuã vt ſit ſenſus:creatio
lapidis.i.creatio q̃ eſt lapis:⁊ in h ſenſu vtoꝛ talibꝰ ꝓpo
ſitionibꝰ ſicubi pono eas:nec tñ ſm ſileʒ ↄſtructionẽ vſi
tate dĩ creatio creatoris:ſicut q̃uis dicať eẽntia dei itrã
ſitiue:nõ tñ dĩ eẽntia eẽntie:nec deꝰ dei:nec nunq̃ʒ recto
taliter addi ↄſueuit ſuus obliquus.¶ Ad rõnẽ pncipalẽ ad rõnẽ
qõnis.nego pmo pmã partẽ añtis.Ad ꝓbationẽ dico ꝙ pncilem.
in p iſtãti quo angelus fuit ⁊ ↄſeruatio angeli fuit:ſʒ ipſa
nõ fuit tũc ↄſeruatio.⁊ vltra dico ꝙ ↄſeruatio eſt ↄtinua
tio rei in eſſe.i.res que ↄtinuať in eẽ:⁊ res que ↄtinuať in
eſſe fuit in pº inſtãti quo fuit.Sed nõ in illo cõtinuabať
in eẽ.Ad 2am ꝑteʒ añtis:q̃uis ipſa ↄcedi poſſet abſolute:
nec aliqd incõueniẽs ſequereť.dico tñ ꝙ duplr põt acci
pi.vno mõ tãq̃ʒ ſimplr negatiua:ita ꝙ totũ h deſijt crea
tio eiꝰ itelligať negari a ſubito:⁊ ſic ↄcedo eã:⁊ nego ↄñaʒ
q̃tũ ad illð qð ifert ex ea:nec ꝓbatio valet:qꝛ aſſumit
ꝙ creatio angeli deſijt:qð nec ego ↄcedo nec ex illo ſim
pliciter añte negatiuo ſequiť.Alio mõ põt accipi vt ipli
catiua huiꝰ affirmatiue.creatio deſijt.vt accipiatur loco
huiꝰ tẽporalis cũ deſinit creatio huiꝰ angeli iſte angelus
nõ deſijt:⁊ tũc nego eã ꝑꝑ falſitatẽ illiꝰ affirmatiue ipli
cate.Ad ꝓbõnẽ dico ꝙ creatio huiꝰ angeli fuit vtiqʒ in
p iſtãti quo angelus fuit ⁊ ẽt in ſequẽtibꝰ:ſʒ in p tñ ipa
fuit creatio:⁊ iõ deſijt eẽ creatio:nõ tñ deſijt eſſe.Sic ẽt
ipe angelus in p inſtanti fuit creatio ⁊ nõ poſt:q̃uis poſt
nõ fuerit:vñ h nomẽ creatio:q̃uis nõ ſignificet rẽ diſti
ctã a re q̃ creať:ꝑ qua poſſit ſupponẽ:ſʒ ipſamet ↄnotat
tñ ipm agẽs:vt pnm a quo eſt:⁊ cũ h ↄnotat ꝙ ſit verũ di
cere ꝙ nec ipa nec aliqd eiꝰ imediate pus fuit:⁊ qꝛ oĩa h
ↄtingũt in p iſtãti tñ:iõ angelus tñ i p iſtãti eſt creatioꝛ
⁊ ſilr in p inſtãti tñ creatio eſt creatio:⁊ tũc ſolũ hec eſt
va.creatio ẽ.Quia vo ad h ꝙ illa res ſit ñ req̃runť pdcã
nec ad h ꝙ ſit angelus vel ſuba:iõ nõ ex h ꝙ ipa deſinit
eſſe creatio deſinit eſſe ſuba vel angelus aut ſimplr eſſe.

¶ Diſtinctionis ſecunde. Queſtio Prima.


Circa di.2am.Quero cũ magiſtro vtꝝ
angeli fuerint creati añ tps vel
pm post.¶ Et arguiť p ꝙ añ.ãgeli nõ fuerũt
creati ſil cũ tẽpore neqʒ poſt tẽpus.igitur
fuerint creati ante tempus.ↄſequẽtia pʒ.
probo antecedens quo ad primam partẽ
dupliciter. pmo qꝛ angelus quilibet fuit
creatus totus ſimul cũ ſit ſubſtantia impartibilis:ſimul
qʒ omnes angeli fuerũt creati:nõ vnus ante aliũʒ:vt cõ
muniter tenent doctores.tempus autẽ non fuit creatum
totũ ſimul.cũ oẽ tempus ſit diuiſibile in partes ſm pus
⁊ poſterius que nõ poſſunt eſſe ſimul:ac per hoc nullum
tempus poteſt totũʒ ſimul creari.igitur tempus nõ fuit
ſimul cũ angelis creatũ.pʒ ↄſequẽtia:qꝛ ipoſſibile eſt alĩ
qua ſimul fieri ⁊ vnũʒ partibiliter:aliud vo totũ ſimul:
alioquin euʒ illud qð fit partibiliter fiat in tẽpore tanq̃ʒ
in mẽſura adequata.qð aũt fit totũ ſimul fiat in inſtãti.
ſequereť ꝙ inſtãs adequareť tempori:qð eſt ipoſſibile.
¶ Scdo ſi ſimul fuiſſent creati angeli cũ tempore.igiť 2e ↄſirꝰ
vel in eodẽ inſtanti vel in eodẽ tẽpore.nam aliter nõ poſ
ſunt itelligi aliqua fieri ſimul ſm durationẽ vt in ꝓpoſi
to loqmur de ſimultate.Sed vtrũq̃ʒ eſt ipoſſibile:qꝛ tps
nõ põt fieri in inſtãti nec in tpe:aliogn tpis eẽt tps in iſi
nitũ. 2º ps añtis ꝓbať:qꝛ ſi fuerũt creati poſt tẽpꝰ.igiť
tẽpꝰ fuit pus.aut igiť fuit in creatura aliq̃ corporali.aut
ſpiritnali.neutrũ eſt verũʒ:qꝛ nulla creatura corporalis
vel ſpũalis fuit añ angelos dicẽte ſcriptura Eccleſiaſti
ci pmo.pmo oĩum creata eſt ſapientia.i.angelica natura: cap.pº

2m vt exponit magiſter in lr̃a. ⁋ 2° arguit̃ ꝙ fuerunt creati poſt tp̃s ſic. tp̃s fuit eternū ⁊ angeli nō fuerūt eterni ⁊ tn̄ ſunt. igit̃ fuerūt creati poſt tp̃s. ꝯña p3. ⁊ p̄° ps añtis ꝓ-
cap̄ p̄. bat̃ per Apl̃m ad Titū. vbi ſm lr̃az ſeptuaginta interp̄. ait. in ſpe vite eterne quā ꝓmiſit nō mēdax de⁹ añ tēpora eterna. Ecce ꝙ aliqua tempora ponit eterna. Scd̃a vo pars antecedentis eſt certa per fidem.

Oppo^m **Ad oppoſitum** arguit̃ ex determinatione magiſtri dicentis ꝙ ſimul cū tēpore facta eſt corporalis ⁊ ſpiritualis creatura.

In hac. q. p̄ op3 vidē. vtrū tēp⁹ ſit aliq̄ res creata: ⁊ ſi ſic que res ē. deīde videbit̃ de q̄ſito.

p̄° arti. Bur⁹ ⁊ alij 4° phyſi. **Quantū** ad p̄^m dicit vna opi. ꝙ tp̃s cōiter acceptus eſt duratio habēs ex ſe p̄us ⁊ poſteri⁹ ⁊ eſt quedā vā res ex̄ aīaz diſtincta a q̄libet re ꝑmanēte: ac ēt a motu: qui ſm eandē opi. eſt ēt res diſtincta a ꝑmanētibus ⁊ eſt de gn̄e paſſiōis in qua ſubtiue eſt iſta res q̄ eſt tp̃s: ⁊ hoc eſt ꝑ ſe q̄ntitas habēs ptē ex̄ partē ſolū ſm p̄us ⁊ poſterius q̄ nō pn̄t eē ſil: ſ3 cū p̄us eſt poſteri⁹ nō ē: ⁊ ꝑ hāc q̄ntitatē ſucceſſiuā h3 mot⁹ in quo eſt ꝑtes ſm p̄us ⁊ poſteri⁹ tm̄. iſta aūt duratio ſeu q̄ntitas ſucceſſiua nullo mō eſt diuiſibilis in ꝑtes ſimultaneas: quēadmodū motus eſt diuiſibilis diuiſibilitate mobilis in quo eſt. Sed tm̄mō in ꝑtes ſuccedētes ſibi adinuicē: vt dcm̄ eſt: ⁊ in q̄libet motu dicūt eē ſubtiue aliq̄ talē q̄ntitatē ſucceſſiuā q̄ eſt duratio ei⁹: plura alia circa hāc mām ponit q̄ omitto: q2 nō ſunt nobis nec̄ia ad ꝓpoſitū. ꝓbat aūt p̄° ꝙ tēpus eſt res ex ſe p̄° habēs p̄us ⁊ poſteri⁹ ſm durationem
p̄^m ſiue q̄ nō pn̄t eſſe ſil. p̄ gdē. nā in gbuſdaz reb⁹ videmus p̄us ⁊ poſteri⁹ ſm intellectū p̄dictū: vt p3 in ludis agoniſticis. igit̃ eſt aligd in quo p̄° ⁊ per ſe eſt p̄us ⁊ poſterius. iſto mō. gcgd aūt ſit illud ip̄m eſt tp̃s: qd̄ p3 ꝑ cōem animi ꝯceptionē. Qm̄ oīs ꝯcipiēs p̄us ⁊ poſteri⁹ ſ3 durationē ꝯcipit tp̃s: ⁊ oīs ꝯcipiēs tp̃s ꝯcipit p̄us ⁊ poſteri⁹ ſm
Confir° durationē. ⁋ Cōfirmat̃. q2 i q̄cūq3 repiunt̃ p̄us ⁊ poſterius ſm durationē reperiunt̃ ſm habitudinē ad tp̃s: vñ vnus mot⁹ nō dicit̃ p̄or alio: niſi q2 fuit in tp̄e p̄ori: nec diluuiū fuit p̄us bello troiano: niſi q2 fuit in p̄ori tp̄e. p̄us aūt ⁊ poſteri⁹ reperiunt̃ in tp̄e nō ꝑ habitudinē ad aligd aliud niſi ꝑꝑ ꝯcomitātiā alicui⁹ alteri⁹. nō. n. vnū tp̃s dr̄ p̄us alio: q2 fuit i motu vel cū motu p̄ori. igit̃ tp̃s ex ſe p̄
2m h3 p̄us ⁊ poſteri⁹ ſ3 durationē. ⁋ 2° ad idē. certū eſt ꝙ i multis reb⁹ inueniunt̃ p̄us ⁊ poſteri⁹ ſm durationē. ⁊ eſt rōnabile q̄rere per gd vna res formalr̄ eſt p̄or alia. aut g̊ oportebit ꝓcedē in infinitū: vel op3 dare aligd in quo p̄ ⁊ ex ſe ſunt p̄us ⁊ poſteri⁹ formalr̄ ⁊ id qd̄cūq3 fuerit eſt tp̃s. Ex h̄ aūt infert ꝙ tp̃s eſt eēntialr̄ ⁊ ꝑ ſe q̄ntitas. ꝓbatur: illud qd̄ p̄ ⁊ ex ſe h3 ptē ex̄ ptē eſt ꝑ ſe q̄ntitas. tp̃s eſt
T.c.15. hm̄. g̊. maior p3 ex p̄ phy. vbi dicit̃ ꝙ q̄ntitati ꝑ ſe ꝯuenit eē diuiſibile in partē ex̄ partē: ⁊ alijs p̄dicamētis nō cōpetit diuiſibilitas talis niſi ꝑ accn̄s. mĩor p3: q2 tp̃s h3 p̄° ⁊ ꝑ ſe partē p̄orē ⁊ poſteriorē: vt ꝓbatū eſt. g̊ p̄ ⁊ ꝑ ſe hēt partē ex̄ partē. ⁋ Cōfirmat̃ ꝑ ph̄m in p̄dicamētis q̄ po-
Cō.18. nit tp̃s eē q̄ntitatē ꝯtinuā: ⁊ Cōmē. 5. meta. dic̄. ꝙ tp̃s ē ꝑ ſe q̄ntitas. Ex hīs p3 qd̄ ſequit̃ ꝙ tp̃s nō ē aliq̄ res ꝑmanens ſ3 a q̄libet ꝑmanēte diſticta: qm̄ cuiuſlibet rei ꝑmanentis ꝑtes pn̄t ſil eē. Sequit̃ ēt ꝙ eſt res diſticta a motu: qm̄ mot⁹ nō h3 p̄us ⁊ poſteri⁹ ſ3 durationē. vñ poſſu3 cōcipere ⁊ opinari inqt opi. ꝙ motus ſit tot⁹ ſimul: vt ꝙ aligd ſub iſto moueat̃ de loco ignis ad locu3 terre: q̄ꝓpter in diffōne motus nō ponit̃ ſucceſſio nec p̄us ⁊ poſterius ſm durationē: de tp̄e aūt nō ſic: vt ſupra p3. ⁋ Ulti-
3m mo q̄ntū ad ꝓpoſitū ꝓbat ꝙ ſit ſubtiue in motu. Tēpus eni vt ꝓbatū eſt. eſt q̄ntitas: aut g̊ ē q̄ntitas rei ꝑmanētis īmediate: aut rei ſucceſſiue nō ꝑmanētis. puta ſubē vel q̄litatis īmediate: q2 ſi ſic res ꝑmanēs maior fieret vel minor ꝓpter ip̄m tp̃s: qd̄ falſu3 ē. igit̃ q̄ntitas rei ſucceſſiue ſ. ipſi⁹ mot⁹. Hec dicta ſunt l3 ſparſim a p̄dcā opi. de ip̄o tp̄e. de inſtāti aūt dicit ꝙ eſt qd̄dā īdiuiſibile nō durans īƚriſecū tēpori ⁊ ꝯtinuās partē p̄orē cū poſteriore: quēadmodum ēt imaginant̃ multi de puncto in linea. ⁋ Hec
ꝯ̄ hur^m vbi. ē. ⁊ alios opi. q̄ntū ad h̄ ꝙ ponit motū eſſe rē diſtictā a mobili ⁊ a re que acquirit̃ mobili ſufficiēter: vt puto reꝓbata ē. d. p̄° hui⁹ ſcd̄i. q. 5. Et iō ꝓ nūc ꝯtra illud nō inſiſto. S3 tm̄ mō ꝯ̄ ea q̄ dicit de tp̄e ⁊ inſtāti: ⁊ pono ꝯtra ipſaz ꝯ̄nes. 3. p̄° eſt. ꝙ tp̃s nō eſt aliq̄ res nō ꝑmanēs ſic diuiſibilis ⁊ ſucceſſiua: vt dicit opi. 2° ꝙ ſuppoſito ꝙ mot⁹ ſit res a mobili ⁊ ea que illi acgrit̃ diſtincta ſic illi putāt tp̃s nō eſt res diſtincta foꝛalr̄ inherēs motui: vt dicit opi. 3° ꝙ inſtās nō eſt īdiuiſibile nō durans. ⁋ Primā ꝯ̄nē ꝓbo p̄° ꝯ̄
ſic. ſi tp̃s eſt talis res. ſequit̃ ꝙ aliq̄ res ⁊ q̄libet ēt ps ei⁹ ſimul p̄ ⁊ adeq̄te eſt ⁊ ꝯtinue ac ꝑtibilr̄ de nouo fit. ⁋ 2° 2m ſequeret̃ ꝙ eadē res ⁊ q̄libet ps ei⁹ ſimul p̄ fieret ⁊ corrūperet̃. vtraq3 ꝯñtia: ⁊ vtriuſq3 ꝯñtis falſitas ac ipoſſitas ꝓbari pn̄t ſicut ꝯñtiaru3 nec̄itas ⁊ ꝯñtiū falſitas ꝓbate ſunt in p̄mis factis rōnib⁹ duab⁹ in. q. p̄allegata. p̄cedentis di. ad ꝓbādū ꝙ mot⁹ nō ſit talis res ſucceſſiua: vt dic̄ opi. ⁋ Tertio ꝓbo h̄ ip̄m rōne perantiq̄: ⁊ ibidē. 5. loco 3m
poſita quā ph̄s 4° phy. adducit: nec dubiū eſt ꝙ demr̄ati T.c.88.
ue ꝯcludit: ſi ꝑ tp̃s itelligat̃ aligd cōpoſitū ex talib⁹ ꝑti- ⁊.89.
bus p̄ori ⁊ poſteriori nō poſſibilib⁹ eē ſimul: ſic dicit opi. que ēt illo tp̄e: vt puto ab aligbus ſicut hodie ēt tenet̃ a multis tenebat̃. arguo igit̃ ſic. ſi tp̃s eēt eiuſdē modi res ſequeret̃ ꝙ eſt aliq̄ res cōpoſita ex ꝑtibus q̄rū nulla eſt. ꝯñs eſt ipoſſe. ꝯña ꝓbat̃. q2 ſm hāc imaginationē q̄libet ps tp̄is eſt p̄terita ⁊ futura. nulla autē p̄terita vel futura eſt. ⁋ Ad hāc rōnē r̄ndet̃ dupl̄r per defenſores opi. p̄ g- r̄ñ. ad
dē negādo ꝯñs ipoſſe. dicūt. n. ꝙ ad eē rerū ſucceſſiuaru3 2^am
nō reqrit̃ ꝙ oēs ei⁹ ꝑtes ſint: nec ꝙ aliq̄ ps ei⁹ ſit tota ſil: ſ3 ſufficit ⁊ reqrit̃ ꝙ quedā ꝑtes ſint poſt q̄ſdā ⁊ actu ſit qd̄dā īdiuiſibile ꝯtinuās ei⁹ ꝑtes adinuicē: ⁊ hec ſolū vī a ph̄o dari: ⁊ ibidē a Com. cōmēto. 103. ⁊ ſilr̄ cōmēto. 88. Cō.103.
vbi ſoluēs p̄dictā rōnē. ait. ⁊ deceptio eſt in h̄ ſm oē: qm̄ ⁊.88.
ita eſt de motu. mot⁹. n. cōp̄rehēdit̃ ſēſu: ⁊ per ꝯñs. Supple eſt ⁊ nulla pars ei⁹ inqt Cōmē. eſt in actu: ſed q̄libet pars demr̄ata receſſit. g̊ eſt cōpoſit⁹ ex hoc qd̄ iam defecit: ⁊ ex hoc qd̄ nōdū eſt. ⁋ Scd̄o interimit̃ ꝓpoſitio aſ- 2° r̄ñſio.
ſumpta in ꝓbādo ꝯñtiā. ſ. hec. q̄libet pars tēporis eſt p̄terita vel futura. Inquiunt eni ꝙ tēpus p̄ſens eſt ⁊ cuiuſlibet tēporis p̄ſentis ſunt īfinite ꝑtes exiſtētes ⁊ p̄ſentes: q2 cuiuſlibet tēporis p̄ſentis ſunt īfinite partes habētes vnā p̄teritā ⁊ aliā futurā. v.g. ānus pn̄s h3 īfinitas ꝑtes: q̄x q̄libet h3 p̄teritā ⁊ futurā. ſ. mēſe3 pn̄te3 ⁊ gndenā ⁊ ſeptimanā diē ⁊ horā: ⁊ ſic in īfinitū. nulla eñ ps tp̄is eſt tota ſil. ⁋ Tertio pōt r̄nderi ſm Auic. 2° ſue ſufficiētie. 3° r̄ñſio.
in p̄n°. nā nullā ptē tp̄is eē pōt intelligi dupl̄r. Uno mō cap.13.
ꝙ abſolute nō eſt. Alio mō ꝙ nō eſt in h̄ iſtāti: ⁊ hoc: vt dicit ſatis dn̄t: nec ſequit̃. h̄ eſt. g̊ eſt in h̄ inſtāti. nec ꝯ̄ ſequit̃. h̄ nō eſt in h̄ iſtāti. g̊ h̄ nō eſt. nec. n. ſūt oppoſita eē ⁊ nō eē in h̄ iſtāti. ſi p̄ mō intelligat̃ falſa eſt ꝓpō que dicit ꝙ nulla ps tp̄is ē. ſi 2° mō eſt vā: ⁊ eodē mō ꝯcedit̃ ꝙ tp̃s nō eſt. nō. n. eſt in h̄ inſtāti niſi in aīa ⁊ intellectu.
Nulla p̄dictaru3 r̄ñſionū ſufficiēs eſt. nō p̄° gdē. qd̄ p̄ ſic ꝯ̄ r̄ñſio-
p3. ſumo aliqd̄ tp̃s qd̄ dicit̃ eſſe ⁊ ſit a. ⁊ ſit ei⁹ pars p̄teri- nem
ta b. ⁊ ps futura ſit c. ⁊ inſtans ꝯtinuās iſtas ſit d. cū igit̃ a. ſi ſit aliq̄ alia res p̄ter b. c. d. ſil: vt ſuppono



que ſi ſit aliq̄ alia ſit illa f. nec variat̃ ꝓpo^m: qm̄ tūc a. ſupponit pro eiſdē oīno pro gb⁹ ſupponūt oīa illa ſimul. arguo ſic. a. eſt: igit̃ b. c. ⁊ d. ſunt. ꝯña declarat̃ in ſili iducē.

do.naʒ ſequiť.hec domus eſt.igiť hic paries:ꝛ ħ tectū ꝛ
ħ fundamētuʒ ſunt demr̄atis ꝑtib⁹ illi⁹ dom⁹ demr̄ate.
Similr̄ ſequiť.hic homo eſt.igiť ħ corp⁹ ꝛ hec aīa ſunt.
Silr̄ in ꝯtiuo ſequiť.ħ bicubitū eſt.igiť hic cubit⁹ ꝛ hic
cubitus ſunt demōſtratis illis qui ſūt ꝑtes ei⁹:ꝛ vl'r a ter
mino ſupponēte pro aliquo toto ad oēs terminos ſuppo
nentes pro ꝑtib⁹ illius reſpectu eē exiſtere eſt neč'a ꝯn̄a
affirmatiue ꝛ de p̄nti.ſed vltra ſequitur b.c.ꝛ d.ſūt.igiť
b.eſt.ꝛ ſimilr̄ ſequiť.igiť c.eſt.ꝛ vtrūqȝ eſt falſuʒ:qm̄ b.
Confir⁹ eſt p̄teritū ꝛ nō eſt:ꝛ c.eſt futurū:qḋ etiā nō eſt.¶ Cōfir
mať:qꝛ nō obſtāte ꝙ mā que erit ꝑs antichꝛi actu eſt:qꝛ
tn̄ ei⁹ aīa nō eſt:qꝛ antichꝛs ſupponiť tā ꝓ mā q̄ȝ ꝓ aīa:
bene ſeqť.aīa antichꝛi nō eſt.igiť antichriſt⁹ nō eſt:ꝛ ex
plurib⁹ cauſis ħ ip̄m ꝯn̄s eēt verū ꝛ poſſet inferri:ſi nec
ēt mā eēt:ita in ꝓpoſito ex pluribus cauſis vere dr̄ a.nō
eſt:q̄ȝ dicať antichꝛs nō eſt:qḋ tn̄ q̄libet ſane mētis ꝯce
dit.Nec valet dicē ꝙ hec vera ſūt de ꝑmanētib⁹ nō ſūt
de ſucceſſiuis:tū qꝛ pari facilitate poſſet alius dicere ꝙ
ita eēt etiā de ꝑmanētib⁹ ꝛ ꝯcedē ꝙ aliq̄ domus eſt cui⁹
paries eſt p̄teritus ꝛ tectū eſt futurū ꝛ fundamentū eſt p̄
ſens:nec ħ forti⁹ q̄ȝ id poterit reprobari.tū qꝛ pro q̄libuſ
cūqȝ rebus termini ſupponant:dūmō vnus ſupponat p̄
ciſe pro eiſdeȝ pro q̄b⁹ aliꝗ ſupponūt:ip̄oſſibile eſt de iſto
affirmare vere eē exiſtere per ꝓpoſitionē de ineſſe ꝛ p̄nte
ꝛ ab illis negare q̄ȝuis ecōuerſo nō ſemꝑ ſit ꝯn̄a ſimplex
vtputa qn̄ nomē toti⁹ ſignificat ꝑtes determiato modo
ſe habētes.vbi gr̄a.cōiunctas vel cōponentes:ſicut ħ no
mē hō ſignificat aīaȝ ꝛ corpus inuicē cōponētes:nec ſic
2⁹ ꝫ ſol. aūt eas ſignāt noīa partiū.¶ Scḋo ꝯtra eādē ſolonē.
p̄mā ſi noīe tꝑis ſignificeť aliqḋ tale cōpoſituȝ ſequiť ꝙ nul
luȝ tēpus eſt p̄ns.igiť nullū tēpus eſt.p̄ma ꝯn̄a pȝ.qꝛ nul
cap.16. lū p̄ns diuidiť in p̄teritū ꝛ futuruȝ.vn̄ Aug.xi⁹ ꝯfeſ.ait.
ꝙ ſi q̄d intelligiť tꝑis ꝙ in nullas iaȝ vel minutiſſimas
momentoꝝ ꝑtes diuidi poſſit id ſoluȝ eſt ꝙ p̄ns dicať ꝙ
cū ita raptim a futuro in p̄teritū trāſuolat vt nulla mo
rula extēdať.nā ſi extēdiť diuidiť in p̄teritū ꝛ futuruȝ:
p̄ſens aūt nullū hȝ ſpatiū.ħ ipſe.Ex hac aūt ſn̄tia Aug.
vȝ ſi aliquid tēporis eſt p̄ſens ip̄m eſt īdiuiſibile:ſequiť
ꝙ hec eſt vera.nullū p̄ſens diuidiť in p̄teritū ꝛ futurū:ꝛ
per ꝯn̄s nullū tēpus eſt p̄ſens:alioquin aliqḋ tēp⁹ nō hȝ
partē p̄orē ꝛ poſteriorē:qḋ repugnat ſupradictis coꝝ.pȝ
cap.19. igiť p̄ma ꝯn̄a:ꝛ ſcḋa ꝓbatur per eundē ibidē.vbi ait ſic.
ſi eni ſunt futura ꝛ p̄terita volo ſcire vbi ſint:ꝙ ſi nōduȝ
valeo:ſcio tn̄ vbicūqȝ ſunt nō ea ibi futura eē:aut p̄teri
ta:ſȝ p̄ntia.naȝ ſi ibi futura ſunt nōdū ibi ſunt:ſi ibi etiā
p̄terita ſunt iam non ſunt ibi:vbicūqȝ ḡ ſunt nō ſunt niſi
p̄ntia.ħ ipſe.ſm̄ Aug.igiť ſi aliq̄d eſt ip̄m eſt p̄ns.igiť ſi
aliquid nō eſt p̄ns ip̄m nō eſt:ac per ħ ſi nullū tēpus eſt
Confir⁹ p̄ns nullū tēpus eſt.¶ ꝓ.Qḋ diciť ꝙ ad eē ſucceſſiuoꝝ
ſufficit ꝙ quedā coꝝ ꝑtes ſint poſt quaſdā:nō eſt aliud
dictu q̄ȝ ꝙ ſufficit ꝙ alique eius ꝑtes fuerūt ꝛ alique fu
ture ſint:ex ħ aūt nō vere pōt dici ꝙ cōpoſitū ex vtriſqȝ
ſit:aut ꝙ aliq̄d ex̄ns ſit cōpoſitū ex vtriſqȝ:ſicut pȝ cui
Confir⁹ libet ſane mētis.nō.n.itelligibile ē:ꝙ ex his que penit⁹
nihil ſunt aliq̄ vͣa entitas itegreť aut ꝑtialr̄ ꝯſtet.¶ ꝓ.
Qḋ addit r̄nſio de ꝯtinuatione earū partiū ad inſtās qḋ
actu eſt nō eſt itelligibile:qm̄ qḋ oīno nihil eſt nulli enti
vel nō enti ꝯtinuari aut copulari pōt:alioquin vna lōga
chorea poſſet fieri ō hircoceruis ꝛ tragelaphis ꝛ chimeri
r̄n̄.burl. qḋ abſurdiſſimū eſt.¶ Ad ħ r̄ndet dict⁹ doctor ꝙ non
ens qḋ nunq̄ȝ fuit ens:nec vnq̄ȝ erit ens nulli copulať:tn̄
ꝫ burl. nō ens qḋ aliquādo fuit aut erit ens pōt alicui copulari.
¶ Cōtra p̄mo:qꝛ ſm̄ ħ ſequereť ꝙ poſſibile eſſet vnam
albedinē corruptā vel annihilatam ꝛ vnam cauſandam
ꝯtinuari ꝛ copulari alicui ꝛ eē vnā albedinē numero:qḋ

nullus diceret.Scḋo ꝯceſſo dicto coꝝ:adhuc habeť ꝓpo
ſitū:qm̄ tēpus p̄teritū ſumptū ad intellectū coꝝ:no ſolū
nō eſt:ſed nec vnq̄ȝ fuit nec fuit poſſibile eſſe.ſimilr̄ nec
futurū vnq̄ȝ erit nec eſt poſſibile ip̄m eē.igiť nō eſt poſſi
bile talia alicui copulari.pȝ ꝯn̄a per r̄nſionē.ꝓbo an̄s ſi
cut ꝓbat Aug.vbi ſupra ꝙ p̄teritū tp̄s nunq̄ȝ fuit lōguȝ. cap.16.
Arguo itaqȝ ſic.ſi tp̄s p̄teritū vnq̄ȝ fuit:aut fuit duȝ fuit
p̄teritū:aut dū fuit p̄ns:aut dū fuit futurū:nō dū fuit p̄te
ritū:qꝛ eadē rōne nūc eēt verū dicē ꝙ tp̄s p̄teritū eſt:nec
dū fuit p̄ns:qꝛ ip̄m nunq̄ȝ fuit p̄ns:qꝛ ip̄oſſibile eſt aliqḋ
tp̄s eſſe p̄ns:alioquin aliqḋ tēpus eſſet īdiuiſibile:nec ēt
dum fuit futurū:qꝛ eadē rōne verū eēt dicere ꝙ tp̄s nūc
futurū eſt qḋ nō dicūt:per idē ꝓbať ꝙ futurū tp̄s nun
q̄ȝ erit:qꝛ nec erit dū erit futurū:nec dū erit p̄ns:nec dum
erit p̄teritū:ꝛ pȝ ꝓbatio ſilr̄.¶ Et ex ħ forti⁹ pōt rō for Confir⁹
mari ꝙ tēp⁹ nō ſit aliq̄ talis res:qꝛ ſequereť ꝙ eēt aliq̄
res cōpoſita ex nō entib⁹ ꝛ ip̄oſſibilib⁹ eē:qḋ nullus dicē
deberet.Qḋ aūt addunt de ph̄o nō eſt ſm̄ intētionē ei⁹:
vt patebit ifra.Solo ēt Cōmē.nec ex iſtātia quā iducit
valet:qꝛ eque ꝓbať ꝙ motus nō ſit aliq̄ talis res cuius
nulla ꝑs eſt:ſicut ꝓbať de tꝑe:nec ēt ex aucte valet pro
eis.nā ipſi volūt ꝙ mot⁹ ꝛ ēt tp̄s ſicut de ipſo nūc loqui
mur ſint vͤe res ad quoꝝ eē nihil facit aīa.Cōmē.aūt ſta
tim ſubdit ꝙ talia nō hn̄t eē cōpletū ſȝ eē eorū cōponiť
ex actione aīe in eo qḋ eſt in eis extra aīam:vel igiť ꝯdi
cunt Coīn.vel Coīn.alr̄ accipit tp̄s q̄ȝ ip̄i:ꝛ per ꝯn̄s non
eis ſuffragať vbū ei⁹.Qḋ vͦo dicit Cō.deceptionē eē in ħ
ſmone itelligēduȝ eſt:ꝙ in eo eſt deceptio.ſi per ip̄m q̄s
itēdit abſolute ꝓbare tp̄s nō eē ſicut itēdebāt illi quoꝝ
adducūt rōnē.nō aūt eſt deceptio ſi q̄s itēdit per eā ꝓba
re ꝙ tp̄s nō eſt aliq̄ res ſm̄ ſe a ꝑmanētib⁹ diſtincta cōpo
ſita ex his que nō ſūt:nec ex ħ 2⁹ inferť p̄ᵐ vt patebit:qꝛ
tp̄s eſt vͣa res:ꝛ tn̄ nō eſt talis res:ipſi tn̄ qꝛ neſciebāt vi
dere cuiuſmodi res eēt niſi eēt talis q̄lis dicta eſt:ꝛ talē
nō eē poſſe certiſſime ꝯcludebāt:abſolute negabant tp̄s
eſſe:ꝛ in ħ erat deceptio.¶ Scḋa ſolō ēt nō valet:eo ꝙ ꝫ 2ᵐ ſol.
ex p̄ſſe ſibi aſſumit.vȝ ꝙ tp̄s aliqḋ eſt p̄ns.oppoſitū.n.iā
habitū eſt per Aug.Et iteruȝ ħ ꝓbať rōne eiuſdē ibidē. xi⁹.li.ꝯf.
volēs.n.ꝓbare ꝙ nō pōt eē aliqḋ p̄ns tp̄s lōgū:ꝓbat ꝙ cap.16.
nullū tp̄s pōt eē p̄ns ſuppoſita.ſ.imaginatione tꝑis p̄di
cta:ꝫ quā tm̄mō laborat rō ei⁹:vt pȝ ꝯſiderāti.p̄ⁱ aūt ꝓ
bat ꝙ cētenariū annoꝝ nō pōt eē p̄ns.deinde ꝙ nec an
nus vnus:ꝛ qꝛ ei⁹ vͣba clara ſūt ꝛ in forma argumētatio
nis debite poſita ea tm̄mō recito.vide ingt ſaltē verū q̄
agiť annus ip̄e ſit p̄ns.Et ei⁹.n.ſi p̄m⁹ agiť mēſis futuri
ſunt ceteri.ſi ſcḋs iā ꝛ p̄mus p̄teriit:ꝛ relīq nōduȝ ſunt.ḡ
nec annus qui agiť tot⁹ eſt p̄ns:ꝛ ſi nō tot⁹ eſt p̄ns nō an
nus eſt p̄ns.duodecim.n.mēſes annus eſt:quoꝝ q̄lȝ vn⁹
menſis qui agiť ipſe p̄ns eſt.ceteri aūt p̄teriti aut futuri.
Quāq̄ȝ neqȝ mēſis qui agiť p̄ns eſt.Sȝ vn⁹ dies ſi p̄m⁹
futuris ceteris.ſi nouiſſim⁹ p̄teritis ceteris.Si medioꝝ
q̄libet iter p̄teritos ꝛ futuros.ꝛ ſubdit.ſed diſcutiam⁹ ēt
ip̄m:qꝛ nec vnus dies tot⁹ eſt p̄ſens.nocturnis.n.ꝛ diur
nis horis oīb⁹.24.expleť.quaꝝ p̄ma ceteras futuras hȝ
nouiſſima p̄teritas.Alique vͦo iteritarū ante ſe p̄teritas
poſt ſe futuras ꝛ ipſa vna hora fugitiuis particulis agiť.
q̄cquid ei⁹ euolauit p̄teritū eſt:qḋ ei reſtat futurū:ꝛ ideo
ꝯcludit.ſi qḋ intelligiť tꝑis ꝙ in nullas iā vel minutiſſi
mas momentoꝝ ꝑtes diuidi poſſit illud ſolū eſt qḋ p̄ns
dicať ꝛc̄.vt ſupra recitatū eſt.Ecce ꝙ patenter illa ſolō
reprobať in auctoritate Aug.ꝛ ei⁹ valida ꝓbatione:que
in hoc fundať ꝙ nullū tp̄s eſt totū p̄ns:ꝛ ſi nō totū p̄ns:
nec ip̄m eſt p̄ns:cui⁹ ꝓbatio eſt:qꝛ ip̄m eſt oīa illa quoꝝ
qḋlibet eſt pars eius:ꝛ iō dicit ad ꝓbationē illi⁹ ꝯn̄tie vl
time.duodecim.n.mēſes annus eſt.Et aduerte ꝙ in p̄di

Confir° cta ɔña ſumit hũc terminũ tot⁹ ſyncathegoreumatice.
℗. Qua rõne annus dr̃ pñs. vʒ qꝛ hʒ partes ꝓteritã ꝛ
futurã copulatas ad illãs qđ actu eſt: eadẽ rõne ꝛ cẽtena
riũ ꝛ millenariũ: ꝛ ẽt ipm̃ ſeculũ ſm̃ ꝙ ſeculũ accipit̃ ꝓ
toto tpe pñtis vite ab initio mũdi vſqʒ ad finẽ põt dici
pñs: qđ nullus diceret qui itelligeret quid ſignificat hoc
Sʒ 3ᵘˢ ſol. vocabulũ pñs. ℗ Solo quoqʒ Aui. ẽt inſufficiẽs eſt: qꝛ
ꝗlitercũqʒ debeat intelligi aliqđ eẽ in hoc inſtãti vel nõ
eſſe: nihilominus eſſe actualr̃ ſiue nũc ꝓſencialr̃: vt diſti
guit̃ ɔtra fuiſſe ꝛ fore ꝛ non eſſe vtiqʒ opponunt̃: nec eſt
poſſe ꝙ de eodẽ ẽe affirmet̃ eſſe per verbũ de ꝓſenti. vbi
gr̃a dicẽdo hoc eſt ꝛ vere neget̃ eſſe nũc ꝓſentialr̃: vt ẽe
dicat̃ h̃ nõ eſt actualr̃: vel nũc ꝓſentialr̃. per hãc. n. enun
tiationẽ qua abſolute affirmat̃ eẽ dat̃ intelligi: ꝛ ita caʒ
gliber capit ꝙ illud nũc ꝓſentialr̃ ꝛ actualr̃ eſt. Cũ demõ
ſtratiue ſit ɔcluſuʒ ꝙ nulla talis res qualẽ fingit opi. eſt
ꝓſentialr̃ ꝛ actualr̃: nec tñ ɔcludit̃ ꝛ euidẽter ꝙ nulla ta
4ᵐ argᵐ lis res eſt: ac per h̃ tẽpus eſt eiuſdẽ modi res. ℗ Quarto
ad ɔ̃nez ꝓncipalr̃ ad ɔ̃nẽ arguit̃ ſic. poſſe eſt tẽpus eẽ nulla re nõ
ꝑmanente exiſtẽte. igit̃ tẽpus nõ eſt res nõ ꝑmanẽs eẽn
tialr̃ habẽs ꝓus ꝛ poſterius que nõ pñt eẽ ſimul. ɔña eſt
euidẽs. ꝓbo añs. poſſibile. n. eſt ſaltẽ per potentiã dei ab
ſolutã deũ ponẽ vnũ corp⁹ in vno loco nullã aliam rẽ ab
ipſo corpore locato ꝛ loco creando vel cõſeruãdo: cũ ipſa
libere ꝛ ɔtingenter cauſet ꝛ cõſeruet ꝗcũqʒ rem cauſat
vel cõſeruat: ꝛ ſimul cũ hoc: nullaʒ aliã creando poſſibi
le eſt ꝙ ipſe imediate illud corp⁹ ponat in alio loco: ꝛ ſic
deinceps ſicut actualr̃ nũc fit quãdo vnũ corpus de vno
loco transfert̃ ad aliũ ſine quiete media. hoc aũt poſito
cõſtat ꝙ tale corpus ꝓus erit in loco ꝓpinquiori ꝗ̃ in re
Confir° motiori: ꝛ ꝑ ɔñs erit tp̃s. ℗ Cõfirmat̃. ſumant̃ duo cor
pora: quoꝝ vnũ de facto mouet̃ velocius ꝛ alterũ tardi⁹.
ſi nõ eſt aliq̃ talis res nõ permanẽs ꝓpoſitũ habet̃. ſi eſt
poterit de⁹ coagere vtriqʒ motori ad acqſitionẽ loci nõ
coagendo agenti alicui ad actionẽ talis rei ſucceſſiue ſeu
nõ permanẽtis. h̃ aũt poſito cõſtat ꝙ corpus qđ nunc ve
locius mouet̃: tunc ẽt mouebit̃ ꝛ citius deueniet ad finẽ
Reſpõſio equalis ſpatij: ac per h̃ in tpe minore. igit̃ erit tp̃s. ℗ For
te diceret̃ ad hoc ꝙ caſib⁹ ꝓdictis datis nec vnũ corpus
ꝓus erit in loco ꝓpinquiori ꝗ̃ in remotiori: nec vnũ erit
citi⁹ vel ꝓus in finẽ ſpatij ꝗ̃ aliud: qꝛ ſicut nihil põt eẽ
albũ niſi ſit in eo id qđ eſt eſſentialr̃ albedo: ſic nihil põt
eſſe hic vel ibi ꝓus alio duratiõe ꝛ aliud poſteri⁹ niſi in
eis ſit illud qđ eẽntialr̃ eſt ꝓus ꝛ poſteri⁹ ſeu duratio ha
bens ex ſe ꝓus ꝛ poſterius. In caſibus aũt ꝓdictis nõ eẽt
Sʒ rñſio talis res. igit̃ ꝛc. ℗ Cõtra hoc: qꝛ qua facilitate tu dicis
nem ꝙ in illo caſu corp⁹ nõ erit ꝓus in vno loco ꝗ̃ in alio ne
qʒ erit tp̃s: eadẽ tibi dici põt: ꝙ nũc de facto non eſt tẽp⁹.
nec aliqđ eſt alio ꝓus ſm̃ durationẽ: qꝛ nõ plus: nũc cõ
ſtat nobis de aliqua tali re ꝗ̃ tunc cõſtaret. nã quecunqʒ
ꝑcipimus nunc in corporibus motis: tũc etiã ꝑciperem⁹.
cũ igit̃ nunc cõcedamus tẽpus eẽ ꝛ vnũ corp⁹ ꝓus dura
tione eſſe in vno loco ꝗ̃ in alio. ɔcedendũ eſt etiã ꝙ tũc
eſſet ſi tũc eſſet ꝛ nõ eẽt res aliq̃ nõ ꝑmanẽs: ita ẽt nunc
dicendũ eſt eſſe: alioquin irrõnabilr̃ ponit̃ talis res alia.
5ᵐ pñˡᵉ ℗ Quinto ſi tp̃s ſit talis res ſeq̃t̃ ꝙ eſt poſſibile duo cor
pora a. ꝛ b. ſil̃ icipere moueri: ꝛ a. moueri tñ per vnã ho
rã: b. aũt mille annis vel tpe eq̃li tẽpori mille annoꝝ cõ
tinue: ꝛ tñ ſimul ꝑ deſinere moueri cũ ipo a. ita ꝙ nec a.
ꝓus geſceret ꝗ̃ b. nec b. diutius mouebit̃ ꝗ̃ a. ɔñs h̃ eſt
abſurdiſſimũ: ꝛ ɔña declarat̃. nã ſiue tp̃s ſit res ſucceſſi
ua diſtincta a motu vt iſti dicunt ſiue ſit idipſum ꝙ mo
tus: dũ tñ ſit res taliter ſucceſſiua a permanẽtibus diſti
cta totũ motũ qui cauſaret̃ a b. in mille annis ſi mouere
tur ſup aliquo ſpatio ꝓpa vi coagẽte deo. iuxta cõeʒ cur


ſuʒ poſſet deus ꝓpria virtute cauſare cũ omni ſuo accidẽ
te tam cito ꝗ̃ cito a. mouebit̃. cũ in ꝗ̃tacunqʒ velocitate
mouebit̃ ꝛ voluerit poſſit velocitare motuʒ b. ꝛ cuiuſli
bet corporis. h̃ aũt poſito ſequit̃ ꝙ in motu b. erit tẽpus
mille annoꝝ ſi nõ diſtinguat̃: ꝛ per ɔñs b. mouebit̃ ãnis
mille: ꝛ tñ ſil̃ iciperet ꝛ ſimul̃ deſineret moueri cũ ipſo a.
Iſta rõ directe ꝓcedit ɔtra illos q̃ in quolibet motu po
nũt ꝓpriũ tẽpus: ſed ẽt ɔtra eos qui tm̃ in motu celi vel
ipm̃ motũ celi ponũt tẽp⁹: efficaciter reduci põt. nã oẽm
motũ qui de facto cauſabit̃ in celo per ſpatiuʒ mille an
noꝝ poſſet deus in celo cãre in ſpatio vnius hore. nã quo
tiens celũ reuoluet̃ in mille annis ab eodẽ puncto in idẽ
pũctũ totiẽs poſſet ipm̃ reuoluere in ſpatio quo nũc ver
titur per. 24. partẽ ſui circuitus. vnde ſtante vniformi
tate motus alicuius horologij ꝙ nunc in vna hora tot li
neis mouet̃: duʒ rota horologij mouebit̃ preciſe per tot
lineas poterit deus totiẽs cõplete voluere celũ: quotiẽs
de facto vertetur in mille annis ꝛ eaſdẽ numero partes
motus in celo cauſare cum eiuſdem oĩb⁹ accidẽtib⁹. Ecõ
uerſo poſſet ɔña declarari ponẽdo ꝙ de⁹ motũ a. vel ce
li q̃ de facto cauſabit̃ in vna hora cauſaret in ſpatio mil
le annoꝝ: qđ vtiqʒ poſſet: cũ quẽlibet motũ poſſit in ꝗ̃
tacũqʒ ꝓportione tardare. Huius rõnis ẽtutẽ: ꝗ̃uis alr̃
ponit Aug. vbi ſupra ad ꝓbãdũ ꝙ mot⁹ celi nõ eſt tẽp⁹ ca°. 24.
cuius ꝓceſſus directe ꝓcedit. ſuppoſito ꝙ mot⁹ aliq̃ ta
lis res ſit extra in celo. ℗ Scđam ɔ̃nẽ ꝓbo ꝓmo ſic. ſi tẽ 2ᵃ ɔ̃
pus ſit res inherẽs motui poſſibile erit per potẽtiã diui
nã aliqđ vere moueri ſine tpe ſeu nullo tpe exñte. pʒ: qꝛ
qđcũqʒ ſubm̃ põt deus ſine accñte ſuo ɔſeruare. poterit
q̃ quẽlibet motũ exiſtentẽ cõſeruare nullũ tẽpus ɔſeruã
do: qđ ſi faceret corpora ẽe mouerent̃: qꝛ in eis eẽnt ve
ri motus: ꝛ tñ nullũ eſſet tempus. falſitatẽ ɔſequẽtis ꝓ
bo: qꝛ ſi aliqđ moueret̃ vere ꝛ ꝓpe loquẽdo de motu ve
re ſucceſſiue ꝛ nõ ſimul acqreret vel perderet eam rem
ſm̃ quã moueret̃: ſeu partẽ acqreret poſt ptẽ: ꝛ ſic partẽ
ꝓus ꝛ partẽ poſterius: qđ ſine tẽpore eẽ nõ põt: vt ẽt ipſi
ɔcedunt. ℗ Cõfirmat̃ per Cõmẽ. 3° phy. dicẽtẽ ꝙ mot⁹ Cõ. 4.
nihil aliud eſt ꝗ̃ generatio partis poſt partem illius ꝑfe
ctiõis ad quã tẽdit. igit̃ in motu ẽ ꝓus ꝛ poſteri⁹. ℗ Ad Reſpõſio
hãc rõnẽ forte dicerent: ſicut pʒ ex ſupra recitatis: qđ ve
rũ eſt ꝙ in motu eſt ꝓus ꝛ poſteri⁹: ſʒ h̃ nõ ɔuenit ſibi ex
ſe ꝛ eẽntialr̃: ſʒ per aliqđ ſibi iherẽs. vñ dicũt ſe poſſe cõ
cipere ꝛ opinari ꝙ mot⁹ ſit tot⁹ ſil̃: vt ꝙ aliqđ ſubito mo
ueat̃ de loco ignis ad locũ terre: ꝗ̃propter ſi mot⁹ fieret
ſine accidẽte ſibi inherẽte nõ hẽret in ſe ꝓus ꝛ poſteri⁹.
℗ Cõtra. ipoſſibile eſt aliqđ eẽ motũ niſi ſit actus entis Sʒ rñſio
in põtẽtia ſm̃ ꝙ in potentia: ꝛ per ɔſequens niſi aliq̃ ps nem
eius ſit adhuc acqrenda mobili: dũ aliq̃ eius eſt acqſita.
igit̃ ipoſſibile eſt ꝙ aliquis motus ſit totus ſimul: vnde
quãuis ſit poſſibile ꝙ aliquid ſubito transferat̃ de loco
ignis ad locũ terre: illa tamẽ tranſlatio nõ eſſet motus ſi
poneret̃: ſed eẽt mutatio idiuiſibilis cui nõ ɔueniret dif
finitio mot⁹ ꝑmiſſa ſicut nõ ɔuenit gñõni idiuiſibili ſm̃
Cõmẽ. 5° phy. Et ex h̃ vlteri⁹ ſequit̃ ꝙ nullus põt ẽe cõ Cõ. 21.
cipere aut opinari aliqđ eẽ motũ ɔcipiẽdo ipm̃ totũ ſil̃
eẽ actũ mobilis. ℗ Cõfirmat̃: qꝛ eſſentiale eſt motui vt Confir°
ſit act⁹ ipfect⁹ ꝛ admixt⁹ potẽtie: ſic in ꝓcedẽti dr̃. q. 5. co
pioſe ꝓbatũ eſt. ℗ ℗. Si oẽs ptes mot⁹ poſſent ſil̃ eẽ. igr̃
mot⁹ eſt de nuõ ꝑmanẽtiũ: qđ tñ iſti negãt. ℗ 2° pñˡ ſic. 2ᵐ
ſi mot⁹ eſt ſubʒ tp̃is: aut tot⁹ ipe eſt ſubʒ ei⁹: aut aliqđ ei⁹:
ꝛ ſi ſic: aut diſibile aut idiuiſibile. nõ. n. alr̃ põt itelligi ꝙ
ſit ſubʒ ei⁹. nõ põt dici ꝑᵐ. tũ qꝛ nihil eſt i motu nec in re
aliq̃ extẽſa idiuiſibile mõ illo: vt patebit i ſequẽtib⁹. tũ
qꝛ eſto ꝙ eſſent talia idiuiſibilia nõ eſt ratio cur potius
ſit ſubiectiue in vno eius idiuiſibili ꝗ̃ in alio. igit̃ vel in


nullo vel in oi̅bus.Et eodē mō ꝓbat̄ ꝙ nō ſit in aliqua
parte motus diuiſibili ꝓciſe:ꝛ loquoꝛ ſemꝑ de diuiſione
ſc̄m diuiſionē mobilis ꝛ partes ſimultaneas:ꝙ ſi tn̄ da/
ret̄ adhuc īferret̄ incōueniēs inferēdū:ſi ponat̄ vltimū
vƷ ꝙ ſit in toto motu:tūc ſequit̄ ꝙ tempus erit diuiſibi/
le in partes ſimultaneas:ꝛ ſc̄m lōgū latū ꝛ ꝓfundū:ꝛ alia
pars tēporis celi erit in oriēte:alia in meridie:alia in oc/
3ᵃ ꝯ cidēte:qđ iſti ꝓ ſuo aſpernant̄.℄ Tertiā ꝯnē ꝓbo ſic
aut iſtās ſi eſt talis res idiuiſibilis nō durās eſt ſubĵectiue
in ipſo mobili aut in aliq̄ accn̄te ipſi⁹ mobilis:ſi in mo/
bili cū mobile ꝑdat ipm̄ igit̄ mutat̄ ab ipſo:aut igit̄ di/
uiſibilr̄ aut indiuiſibilr̄.nō diuiſibilr̄:q2 iſtās ponit̄ idi/
uiſibile.Iterū q2 ſequeret̄ ꝙ aliq̄ ps iſtātis duraret per
tēpus:qđ negāt.igit̄ indiuiſibilr̄:ꝛ ſi ſic igit̄ ſimul muta
tur ab inſtāti ꝛ mutatū eſt ab eo:aut igit̄ ſimul mutatuƷ
eſt ab eo:ꝛ mutatū eſt ad ipm̄:aut ꝑus mutatū eſt ad ipƷ
ꝛ poſtea mutatū eſt ab eo:ſi dex̄ pᵐ igit̄ iſtās ſil eſt geni
tū ꝛ corruptū:ꝛ eſt ꝛ nō eſt:ſi ꝑus eſt mutatū ad ipm̄ igit̄
durat per tēp⁹.℄ Ad h̄ ēt pn̄t applicari oēs rōnes ſupra
facte in.d.p̄.q.ꝯ.ad ꝓbandū ꝙ nō ſit dare mutata eſſe nō
permanētia:vt aliqui opinant̄:nec poſſet quis dicere ꝙ
mobile nō mutat̄ ad inſtans nec mutat̄ ab eo:q2 nō eſt
itelligibile ꝙ mobile ꝑus ſit in potētia ad habēdū aliq̄Ʒ
entitatē:ꝛ poſt habeat illā actu:aut ecōuerſo:ꝑus hēat ꝛ
poſtea nō habeat:ꝛ tn̄ nō mutet̄ ad illā ꝛ mutet̄ ab ipſa
cū nō ſit aliud mutari ſc̄m aliq̄Ʒ entitatē q̄Ʒ ſc̄m ipſaƷ alr̄
ſe habere poſt q̄Ʒ ꝑus.℄ P̄.Oē trāſiēs ex nō eſſe alicui⁹
T.c.7. in eē eiuſdē aut eē mutat̄ ſc̄m illō:vt pƷ ex 5ᵒ phy.℄ Cō
Cōfir⁹. firmat̄:q2 eadē facilitate poſſet dici ꝙ in acq̄ſitiōe rei ꝑ/
manētis vel ꝑditione ſubm̄ nō mutat̄:qđ nullus diceret
qui vocabulis in ſua ſignificatiōe vti vellet.Si vō dica
tur ꝙ eſt ſubĵectiue in aliquo accidēte ipſi⁹ mobilis:aut in
accidēte ꝑmanēte:aut in accn̄te nō ꝑmanēte.Si pᵐ dex̄
arguit̄ ꝯtra ſicut iaƷ eſt argutū.ſi in accidēte nō ꝑmanē/
te aut diuiſibili ſƷ extēſionē ꝛ diuiſionē partiū ſimulta/
nearū:aut idiuiſibili ſc̄m totalē diuiſionē:neutrū pōt di/
ci:q2 ſi eēt in accn̄te diuiſibili ipm̄ inſtās eēt diuiſibile
ſc̄m lōgū latū ꝛ ꝓfundū:qđ magis ab eis reputādū eſt in
cōueniēs q̄Ʒ ꝙ tēpus ſic ſit diuiſibile vel ſaltē nō min⁹.
illud aūt oīno reputāt īpoſſibile.igit̄ ꝛ hoc.℄ P̄.Cū ſƷ
op̄.ꝑdictā inſtās ꝯtinuet partē ꝑteritā tp̄is cuiƷ futura ꝛ
tēpus nō hēat ptes tales ſimultaneas ſtabit queſtio ſc̄m
quā ſuā partē iſtās ꝯtinuet partē tēporis:ꝛ nō erit rō po
tioꝛ pro vna q̄Ʒ pro alia.ſi dicat̄ ꝙ eſt in accn̄te idiuiſibi/
li:vt forſitan dicerent ꝙ eſt ſubĵectiue in mutato eē:qđ eſt
idiuiſibile ſc̄m extēſionē.h̄ eſt falſum:q2 tunc eēt querē/
dū de ſubĵecto ipſius mutati eſſe.aut.n.eſt indiuiſibile ali/
qđ ipſius mobilis:ꝛ pƷ ꝙ nō:q2 nō eſt rō ꝓpter quā vnū
indiuiſibile mobilis.vbi gr̄a.celi ſit ſubm̄ mutati eē po/
tius q̄Ʒ aliud:ꝛ per ꝯn̄s vel eſt in quolibet idiuiſibili celi
ꝛ per ꝯn̄s eſt extenſum cū nullū corporale accidēs poſſit
eſſe totū in diuerſis partibus ſubĵi:vel in nullo:aut ſubƷ
mutati eē eſt ipm̄ celū:ꝛ per ꝯn̄s ipm̄ eſt diuiſibile ſicut
ꝛ celū:ac per hoc ꝛ iſtās cui ſubĵcit̄:ꝛ redit̄ ad illud qđ
putāt incōueniēs.vƷ ꝙ inſtās habeat ptes ſimultaneas
2ᵐ diſtantes ſc̄m ſitum.℄ 2ᵒ ſi inſtans eſt eiuſmodi res.ſeq
tur ꝙ in quolibet tp̄e inſtātia plura ſc̄m reƷ ꝛ eſſentiā di
ſtincta ſibi ſuccedāt:nec idē ipm̄ iſtās ſc̄m ſe qđ fuit ꝑus
ſit poſterius.pƷ ꝯn̄tia:ſƷ ꝯn̄s eſt exp̄ſſe ꝯtra determīatio
t.c.104. nē ph̄i.4.phyſi.q.de vnitate vel pluralitate inſtantiū in
tp̄e motā.in pn̄ᵒ illius tractat⁹ ait.Ipm̄ aūt nūc eſt ſicut
idē:eſt vō ſicut nō idē:ſc̄m q̄dē.n.ꝙ in alio ꝛ alio eſt.alte
rū eſt.h̄ aūt erat ipſi nūc inquātū qđcūq̄Ʒ ens ipm̄ nunc
idē eſt.Ecce ꝙ nūc eſt aliud ꝛ aliud ſc̄m ꝙ ē in alio ꝛ alio
loco:ſƷ īquātum eſt qđdā ens ſc̄m ſe ſic eſt idē ꝛ ab aliud

poſt aliud.℄ Cōfirmat̄:qm̄ vbi mouit qōnē ꝑdictā ꝓba T.c.90.
uit ꝙ eēt idē inſtās:q2 aliogn̄ iſtās corrūperet̄:ꝛ tūc vel
qn̄ eſt vel in inſtāti ſequēte ꝛc̄.vt ibi pƷ.ꝛ iſtā rōnē nulli
bi ſoluit:nec alia cā fuit:niſi q2 ei⁹ ꝯnē tanq̄Ʒ verā appro/
bauit ꝛ eam demonſtratiue cognouit concludere.℄ Ui 2ᵒ ps pᵉ
ſo que res nō eſt tēpus ꝛ que res etiā nō eſt inſtans.vidē articuli
dū eſt que res vtrūq̄Ʒ hoꝝ ē.Et q̄Ʒtū ad h̄ pono ꝯnes.3.
℄ Prima eſt.ꝙ tp̄s eſt aliq̄ res.hāc ꝓbo ſic.tēp⁹ eſt crea pᵃ ꝯ
tura dei.igit̄ tēpus eſt res.ꝯn̄a pƷ.ꝓbat̄ an̄s auc̄te Aug.
abſqȝ rarefactione per motū localeȝ ſibi ſuccedat:⁊ tunc
eadē rōne tertia veniat ad locū ſcḋe:⁊ quarta ad locū ter
tie:⁊ ſic deinceps:⁊ per ↄñs tota ſphera ignis mutabitur:
ↄfirma. que oīa reputo nimis abſurda.¶ ꝑ.Deriſibile eſt dice-
re ꝙ ſi lapillū habeo in manu mea ⁊ dimiſero illuȝ cade
re:mox tota regio ſupior agitet̄:qꝺ tn̄ ſequeret̄ ſm predi
cta.ↄñtia ſatis pȝ:qm̄ vt videmus nūq̄ aliquid expellit
aliud niſi illud ſit ſibi ꝓximū:aut expellendo aliquid ſi-
bi ꝓximū:⁊ illo mediāte expellendo aliud:⁊ ſic deinceps
t.⁊.c.10. vſqȝ ad vltimū expulſum.hoc etiā apparet per Phm 7°
ↄfirma. phyſicoꝝ.⁊ Cōmēta.¶ Cōfirmat̄ inſuper ex intentione
Cō.42. Cōmen.2° ce.vbi ait.poſſibile eſt vt aliquid moueat̄ ab
aliquo in loco mediante aliquo nō moto a p̄mo mouēte:
⁊ ex hoc infert ꝙ pars aeris oppoſita ſoli nō poteſt loca-
liter moueri.ſ.motu recto per expulſionē ab ipſo ſole:qa
pars celi media inter aereȝ ⁊ ſolē ſic nō pōt a ſole moue-
ri.vn̄ ait.ſi igit̄ pars aeris que opponit̄ ſoli mouet̄ a ſo-
le mediāte parte celi que eſt inter aerē ⁊ ſolē motu loca-
li neceſſe eſt vt illa pars celi moueat̄ a ſole motu locali:
2° ↄ̄ qꝺ eſt impoſſibile.Hec Cōmenta.¶ Scḋa ↄclo ꝙ huiꝰ
corpora nō mouent̄ actiue a locis ad que tēdūt:ſicut opi
p̄m nati ſunt qdā antiquoꝝ.hāc ꝓbo p̄:qa tūc velocius mo-
ueret̄ graue minus verſus centrū q̄ maius ceteris pari-
2m bus:qꝺ pȝ falſum:⁊ ↄñtia ꝓbat̄ vt ſupra.¶ Scḋo qa ta
lis motus eſſet attractionis:vt pȝ:⁊ qa in tali motu nō po
teſt moueri aliquid diſtans a mouente niſi moueant̄ oīa
media vt notū eſt.ſequit̄ ꝙ q̄ncūqȝ modicꝰ ignis hic ge-
nitus aſcenderet:oīa corpora media vſqȝ ad cōcauū celi
aſcenderent:⁊ ſi tūc ecōtra aliqꝺ graue perpēdiculariter
deſcenderet etiā oīa media ſimul deſcenderēt:quod eſt
3m inconueniens.¶ ꝑ.Pars ignis tangens celum deberet
4m aſcendere vel condenſari ⁊ ↄ̄iter tota ſphera illa.¶ ꝑ.
In omni attractione vera neceſſe eſt attrahens cū attra-
T.c.10. cto moueri vt habet̄ 7° phy.⁊ ſenſu pȝ.⁊ per ↄñs opoꝛtet
ꝙ celū aſcenderet:que abſurda ſunt penitus. Et ſi dicat̄
ꝙ quedam attractio eſt ab attrahēte quieſcēte.vt eſt at-
tractio ferri a magnete:dicendū ꝙ nunq̄ attrahens q̄e-
ſcens mouet ꝓprie ⁊ actiue:ſed potius metaphorice per
Cō.10. modū finis.vide Cōmenta.7° phyſi.ad hoc iquit q̄rit̄:
qm̄ plura attractiua vident̄ attrahere ſine tractu:⁊ ſine
motu.dicendū ꝙ hic dī attractio equiuoce.attractio enī
in rei vitate eſt illa in qua attrahens mouet̄ cū attracto.
⁊ ſubdit.attractio autē in quo attrahens eſt quieſcens:et
attractum motū nō eſt attractio in rei veritate:ſed attra
ctum mouetur ex ſe ad attrahens vt perficiat ſe vt lapis
t.⁊.c.22 mouet̄ inferius ⁊ ignis ſuperius:⁊ ſimiliter opoꝛtet hoc
t.25. itelligere de motu ferri ad magnetem.hec Cōmen.vnde

Phs 4° celi.⁊ Cōmēta.ibidē nūq̄ cauſalitatē actiuā ta-
liū motuū attribuit locis:ſed vult illa eē cauſas p modū
finis tm̄.¶ Tertia ↄ̄ eſt ꝙ nō mouent̄ a medijs in qbus 3° ↄ̄
ſunt.ꝓbo p̄mo:qa tūc idē actiuū nāle per ſe moueret ad
plures differentias poſitionis ⁊ ſm ↄ̄trarios motus.hoc aūt
repugnat actiuo nāli:qa eſt ex ſe determinatū ad vnum.
ergo ⁊c̄.ↄña ꝓbat̄.naȝ per eandē ptē medij per quā leue
aſcendit cōtingit graue deſcendere ⁊ eↄ̄.⁊ ſil' dum p vnā
aſcendit leue per aliā ſimilē penitus ⁊ propinquā cōtin-
git graue deſcēdere.¶ Scḋo ſi ſic.aut eadē pars medij 2m
cōtinue moueret corpus motū a p̄ncipio motus vſqȝ ad
finem.aut alia poſt aliam:ſicut multi dicunt accidere in
motibus proiectoꝝ.p̄mū nō pōt rōnabilr dici:qm̄ tūc ſe
queret̄ ꝙ cū graue generatū ſupius in aere.vbi grā.grā-
do vel nix deſcenderet aliqua pars aeris ab illa ſuperio-
re regione vſqȝ ad terrā deſcenderet:qꝺ nō cōuenienter
poſſe dici videt̄.nec ſcḋm.ſi ſic.tūc quāto illꝺ magis de-
ſcēderet tāto tardius moueret̄:qꝺ eſt falſuȝ.ↄñtia pȝ:qa
in tali motu ſcḋm mouēs minus mouet q̄ p̄mū:⁊ tertiū
q̄ ſcḋȝ:⁊ ſic deinceps vt pȝ in ꝓiectis.¶ Tertio aut mo 3m
uet̄ a medio tāq̄ a motoꝛe p̄ ſeu nō moto ab alio:aut tā-
q̄ a motoꝛe ſcḋario ⁊ moto ab alio.Nō pōt dici ſcḋm qa
tūc opoꝛteret aſſignare qs eſſet ille motoꝛ p̄oꝛ nec ↄtigit:
preterea nos hic de tali motoꝛe p̄mo iquirimꝰ.nec p̄mus
etiā dici pōt:qm̄ a quacūqȝ parte medij ponat̄ graue ſu-
perius genitū moueri ſiue ab ea que eſt ſupra ipſuȝ:ſiue
ab ea que eſt ſub ipſo:ſeu a laterali.ſeq̄t̄ ꝙ illa ex ſe mo-
ueat̄ deorſum:⁊ per ↄñs ex ſe moueat̄ ↄ̄ ſuaȝ nām quod
repugnantiā videt̄ includere.¶ ꝑ.Sequit̄:ꝙ motꝰ vio- 4m
lentus ⁊ ↄ̄ nām:vtputa ipſius aeris deoꝛſum eſt p ſe p̄oꝛ
cauſalr motu nāli grauis deoꝛſum:⁊ ꝙ nō eſt aliqs mo-
tus nālis nō p̄cedente ſaltē cauſaliter motu violento:qꝺ
nō videt̄ ↄuenienter dictū:⁊ expreſſe eſt cōtra Cōmē.12° Cō.30.
meta.¶ ꝑ.Si tale graue eſt preciſe in potentia paſſiua 5m
vt moueat̄:⁊ ipſuȝ mediū eſt totalis cā imediata parti-
cularis mouens ipſum.mirū eſt ꝙ ipſum nō mouet tale
graue potius ad ſuperius quo aptū eſt moueri naturalr
ipſum medium vel ſaltē non retinet ipſum ibi:vbi ipſuȝ
mediuȝ naturalr quieſcit q̄ ipſum moueat in ſuperius:
quo nō niſi violente mediū mouet̄.nō igit̄ videt̄ ratio-
nabiliter poſſe dici talia moueri a medijs:ꝓpter qꝺ Phs
3° ce.dicit ꝙ aer eſt tāq̄ organū i vtroqȝ motu.ſ.ad ſupe- T.c.28.
rius ⁊ iferius:⁊ per cōſequēs nō primus motoꝛ.¶ Quar 4° ↄ̄
ta ↄclo eſt ꝙ talia nō mouent̄ imediate a generāte.ꝓbo
primo:qa cum graue generat̄ ſuperius in aere generans
eſt vel aer in quo generat̄ vel celum:ſed a neutro ipſum
mouet̄ localr vt ſupra ꝓbatū eſt:⁊ ſi aliqꝺ aliud aſſigne-
tur generans:de quo nolo diſceptare:per eaſdeȝ rationes
ꝓbatur ꝙ non mouet̄ ab illo.ſimiliter cuȝ ignis genera
tur hic inferius ex refractione radioꝝ ad ſpeculū aut ex
percuſſione ſilicis ad ferrū:nullū poteſt generās aſſigna
ri a quo imediate moueatur ſurſum:ſicut patet volenti
rationes ſupra factas:qꝺcūqȝ fuerit aſſignatuȝ generans
applicare.¶ Secūdo conſtat ꝙ lapis hec inferius geni- 2m
tus ⁊ poſt per tempoꝛa ſurſum latus:cū deſcendit nō mo
uetur actualiter a generāte:nec ſane mentis quiſq̄ oppo
ſitum diceret:cuȝ ↄtingat ipſum moueri a loco maxime
diſtante ab ipſo generante.¶ Tertio ⁊ fortius:quoniaȝ 3m
cōtingit olim dudum corrupto generante huiꝰ corpoꝛa
ad ſua loca moueri ſi fuerint extra ipſa delata.cōſtat aūt
ꝙ tunc non mouent̄ ab eo quod nō eſt in rerum natura.
¶ Sed tunc quid dicendum eſt ad Phm qui dicit ꝙ p
ſe mouetur a generante:per accidens autē a remouente Rñ
prohibens.¶ Reſpondeo ꝙ Phs ſicut patet diligenter ad p
attendenti dicta eius 8° phyſicoꝝ ⁊ Cōmen.ibidē.⁊ ite- t.c.
rum 4°

rum.4°ce.ꝛ Cōmen.etiam ibidem.cōmento.25.vbi hoc
videtur expreſſius dicere:nō intendit ꝙ moueanť a ge-
nerāte imediate:ſed mediate tm̄:qꝛ.ſ.generans cauſat in
genito formā:per quā imediate ipſum genitū niſi impe-
diatur moueť ad ꝓpriū locū:motus tamē illius imedia-
T.c. 25. tuȝ pͥncipiū nō eſt generās:ſed forma geniti.vnde 4° ce.
in illa parte.cum quidē igiť fiat ex aqua aer.habet litte-
ra cōmēti ſic.reuertamur ꝛ dicamus ꝙ cū aqua trāſmu-
tatur in aerē.tunc tranſmutabitur de grauitate in leuita
Cō. 25. teȝ:deinde mouebitur ad ſuperius:qḋ exponens Cōmē.
inquit:per hoc ꝙ dixit:deinde mouebiť ad ſuperius:non
intendit deinde ſm̄ tempus:ſed ſm̄ cām ꝛ cauſatuȝ.i.ꝙ
motus eius ad ſuperius eſt cauſatus a ſua leuitate. Hec
Cō.28. Cōmenta. Item 3° ce.ait.ſed qa motus non exiſtūt a ge-
nerante niſi mediante generato:ꝛ motus pͥmo ꝛ eſſentia
liter nō fit niſi a motore:ꝛ nullo alio mediante:pp̄ hͦ iſte
motus nō eſt primus neqȝ eſſentialis.i.pͥmo ꝛ eſſentialr
a motore extrinſeco:ſed a forma moti.hoc ipſe. ¶ Item
Cō.32. 8° phyſicoꝝ.Et cū iſta inquit ſit queſtio.vtruȝ iſta corpa
ſimplicia moueanť in loco a motore extrīſeco aut ex ſe.
diſtiguēdū eſt in rn̄ſione ad iſtā.qm̄ motus qui eſt in po
tētia nāli:ꝛ eſt in potentia que eſt in re ex q̄ gn̄ať corpus
ſimplex in quo inuenitur motus neceſſario īdiget motore
eſſentialr.ꝛ eſt illud qḋ eſt extrinſecū.ſ.generās.generās
eni eſt illud qḋ corpi ſimplici generat formā ſuā:ꝛ oīa ac
cidētia cōtingētia forme:quoꝝ vnum eſt motus in loco.
ꝛ ideo cū fuerit forma cōpleta in eo complebiť vbi ſuuȝ
debituȝ ꝛ alia accidentia niſi aliquid impediat.potentia
vͦ ad motuȝ que accidit inueniri in corpore ſimplici qn̄
impeditur in tp̄e ſue generationis:qn moueať ad ſuū lo-
cuȝ naturalē ab aliquo ipedimēto qn̄ generať in loco ex-
traneo:aut qn̄ exit a quo nāli ab aliquo extrahente non
indiget in hoc ꝙ exeat in actuȝ motore extrinſeco eſſen-
tialiter cū ſit potentia accidētalis. Hec Cōmen.ſtat igiť
determinatio eiꝰ l hoc.ꝛ etiā ꝓbi quā ibi exponit. Quo-
niam corpus aut eſt in potētia eſſentiali ad motū:quēad
modum.vbi gr̄a.terra aut aliud qḋlibet corpus non actu
leue eſt in potētia ad motū ſurſuȝ:ꝛ tale indiget motore
extrinſeco,ſ.generante dante ſibi formā que ſit pͥncipiuȝ
motus ſurſum.ꝛ per ꝯn̄s motore niſi ipediať dante mo-
tum ſurſum:aut corpus eſt in potētia accn̄tali tm̄ ad mo
tum:quēadmodū eſt corpus actu leue:qn̄ generať extra
locū ꝓpriū vel extrahiť de loco ꝓprio:ꝛ tunc nō indiget
motore extrinſeco per ſe.nūc autē nō eſt queſtio ad pn̄s
de corpore:qḋ eſt in potētia eſſentiali ꝛ ad formā elemē
ti a quo moueať motu proprio illi elemēto:ad cuius for-
mā eſt in potētia:nec de elnto qḋ generať in loco natura-
li.illud enim non moueť.Sed eſt queſtio de elnto actua
liter habente formā talis motus:qḋ quidē nō eſt in loco
naturali:ꝛ de tali dicit ꝙ nō indiget motore eſſentiali.i.
per ſe extrinſeco ſed vt dicit ibi ꝛ in de ce.ꝛ mun.ſufficit
remouēs ꝓhibens ꝛ ab illo nō ꝑ ſe:ſȝ per accidēs tm̄ mo
uetur.verū tn̄ nō ſemꝑ eſt opportunū remouēs ꝓhibēs
diſtinctum ab ipſo:qnimo ipſummet qn̄qȝ ſua vi ꝓpria
remouet ꝓhibēs.Sicut ſi corpus valde ponderoſuȝ de-
bili funiculo ligetur ſurſum:ꝛ ꝓpter ponderoſitatē nul-
lo alio frangente rupto tandem funiculo deorſum ruat.
5 ꝯ ¶ Quinta cōcluſio.ꝙ talia ex ſeipſis imediate moueņť.
nō excludendo:tn̄ primū ꝛ vl̄e mouens:qḋ eſt deus.hoc
ꝓbatur ſic.hec moueť ab aliquo motore imediate:ꝛ nō
ab aliquo extriſeco.igiť ſeipſis.ꝯn̄a pȝ:ꝛ ſimilr an̄s quo
ad primā partē.nam omne motū ab aliquo motore ime
diate moueť.Quo ad ſcḋam vͦ ꝓbať:qa ſi motor eorum
eſſet extriſecus:vel ille eſſet celū:vel mediuȝ:vel aliquid
alioꝝ:que in p̄cedentibus ꝯcluſionibus ſunt excluſa:cuȝ

nō appareat quis alius motor valeat inueniri. ¶ Hec ꝯ
ꝓbať etiam ex auctoritate Augⁱⁿ.3.de li.ar.vbi expreſſe cap.p.
dicit ꝙ motus lapidis nō quo eū nos mouemus vel ali q̄
vi aliena moueť:veluti cū in celum iacitur:ſed cū ad ter
ram niſu ſuo vergit:ꝛ cadit eſt motus eius.cōſtat aūt ꝙ
nō ſolū intelligit ꝙ iſte motus eſt proprie lapidis tanq̄
moti:qm̄ ꝛ ſic etiam eius eſt motus quo iacitur ſurſum.
igiť intēdit ꝙ eſt eius tanq̄ motoris. ¶ Ad hoc etiā ſūt
plures auctoritates Cōmenta.ſupra allegate.Itē 2° phy. Com. 3.
ait.nō dubitamus ꝙ iſta moueņť ex ſe non ex motore ex
trinſeco.ſcilȝ quatuor elemēta.Utrū aūt motor in eis ſit
alius a moto perſcrutatus eſt in alio loco:ꝛ plures aucto
ritates eius ad eandem ſententiā poſſent adduci. ¶ Itē
Auicen.pͥmo ſufficientie.Dicemus inquit ꝙ corporibus cap.5.
que apud nos ſunt:aduenīūt actiones ꝛ motus:ꝛ inueni-
mus ꝙ quedaȝ eorū veniunt ex cauſis que ſunt extra ea:
ex quibus fiunt in eis ipſe actiones ꝛ motus:ſicut calidi
tas aque ꝛ aſcenſus lapidis: ꝛ inuenimus ꝙ quibuſdam
eorū actiones ꝛ motus ſunt ex ſeipſis:non ex cauſa extri
ſeca:ſicut aqua calefacta cum dimittiť per ſe frigeſcit ex
ſua natura:ꝛ lapis in altum proiectus cū relinquiť deſcē
dit ex ſua natura:ꝛ infra etiam ſubdit alia ad propoſitū.
¶ Sexta concluſio eſt ꝙ huiꝰ corpora mouent ſeipſa ꝑ 6ª ꝯ
ſe ꝛ non per accidens tm̄. Hanc aūt pono maxime ꝓpter
opioneȝ Cōmen.qui.3.celi vult ꝙ talia nō mouent ſe ni- Cō. 28.
ſi per ꝯſequēs.nā q̄uis ſm̄ eū ſint per ſe mouētia: nō tn̄
per ſe mota.ꝑ ſe motū eſt tm̄mō ipm̄ mediū.vn̄ ait ꝙ la
pis non eſt motus ꝑ ſe ꝛ eſſentialiter:neqȝ mouet ſe eſſen
tialiter.cuȝ ita ſit.ꝛ omne qḋ mouet ſe eſſentialr neceſſe
eſt vt moueat ſe:quia eſſentialr mouet aliud motuȝ a ſe.
verbi gr̄a.quia homo non mouet ſe accidentalr in naue:
niſi quia mouet nauem eſſentialr:ꝛ cum ita ſit.lapis igiť
non mouet eſſentialr niſi aereȝ in quo eſt:ꝛ mouet ſe:qa
ad hoc ꝙ mouet ſe ſequiť motum aeris ſicut de homine
cuȝ naue:ꝛ idem ex toto dicit in.4. Sed huius oppoſitū Cō. 22.
probo.pͥmo quia conſtat:ꝛ ex verbis etiaȝ ſuis idē collr: 3 Cōm.
ꝙ in tali motu aer non moueť niſi pulſus a lapide.cedit
igitur lapidi:ꝛ per ꝯſequens prius cauſaliter:lȝ ſimul tē-
pore mouetur lapis ipſe q̄ aer:ꝛ nō quia aer mouetur la-
pis mouetur:ſed ecōtra:quia lapis moueť aer mouetur:
ꝛ iterum quia lapis mouetur.ideo mouet aerē ꝛ nō ecō-
tra.Et eſt quantū ad hoc ſimiliter ſicut ſi aliqs impelle-
ret lapidem.tunc eniȝ q̄uis ſimul moueren̄ť lapis ꝛ aer:
ꝛ lapis etiam moueret aerem.nihilominus prius cauſa-
liter lapis moueref q̄ aer moueretur.ꝛ prius etiā lapis
moueref q̄ moueret aerem.moueret enim quia motus.
ſic in ꝓpoſito.ideo mouet qa motus:lȝ non ab alio:ſed a
ſe.non igiť mouetur per accidens ad motuȝ aeris. ¶ P̄. 2ᵐ
Si aer totus qui eſt inter lapidem ꝛ terraȝ tolleretur.ita
ꝙ inter lapidem ꝛ terram eſſet vacuum:ꝛ lapis remane-
ret ligatus debili funiculo:ꝛ relinqueref ſue nature.non
eſt dubium ꝙ tandem fracto funiculo ille lapis vel ſubi-
to mutaretur:vel in tempore moueretur ad terraȝ.q̄uis
ipſe Cōmenta.dicat cōmento preallegato.ꝙ ſi auferimꝰ 4° celi.
medium ita ꝙ vacuuȝ eſſet:non eſſe poſſibile in iſtis cor cō.22.
poribus vt mouerentur ecōtrario illi.qḋ putať a quibuſ-
daȝ.ſcilȝ ꝙ citius mouerentur in vacuo:quia aſſimilane
runt ea eis que per ſe mouentur eſſentialiter.ſ.animali-
bus:ſed hec verba ſentiendū eſt eum dixiſſe accipiendo
moueri proprie vt diſtinguitur cōtra ſubito mutari:quo
modo ſcilȝ proprie animalia mouerentur in vacuo ſm̄
ipſum 4° phyſicorum.in fine.ſi tamē intellexerit de mo Cō.71.
ueri ſimpliciter vt cōmuniter ſumptum diciť de ſubito
mutari:falſum dixit. Nam conſtat ꝙ cauſa tota propter
quā lapis ꝛ quodlibet ſimiliuȝ corporum remanet extra

locum proprium eſt:qa impedit per medium niſi aliqđ
aliud impediēs ſit ne ſit in loco ꝓprio:vnde ⁊ quādo tol
litur medium illud venit ad ꝓprium locum:⁊ quanto ci
tius tollitur citius venit:ꝓpter qđ ⁊ ſi ſubito tolleretur
totum mediū ⁊ nullū adeſſet ipediens:ſubito illud eſſet
in proprio loco:⁊ oppoſitū ſentire eſt exiſtimare ꝯtra na
turā. ¶ Rurſus ſi ſtante medio lapis non moueret nec
aliquid aliud moueret aerem:vtiqꝫ aer non moueretur.
nec etiam lapis moueret aerem vt notū eſt.igit nunc de
facto lapis non mouetur per accidens ad motuꝫ lapidis.
neqꝫ qa mouet aerem ipſe mouet:ſed econtra quia lapis
3m mouetur:mouet aerem. ¶ P̄. Si graui deſcēdenti ſit al
ligatū aliqđ leue aut minus graue:qđ ſecū trahat aut ti
ret iferius motu velociori motu naturali illius tracti.cō
ſtat q̄ ipſum nō mouetur per accidens ad motum corpo
ris tracti:nec ideo deſcendit qa illud trahat:ſed iō ſecuꝫ
trahit illud ⁊ illud trahitur:qa ipſum deſcendit.igit nec
ad motum aeris quē ipellit violenter ipſuꝫ mouetur per
accidens:nec etiam deſcēdit:qa ille pellitur ⁊ pulſus de
ſcendit:ſed ecōtra.Exemplum Cōmenta.non eſt ꝓpoſi
to congruū:qm̄ aer nō debit lapidem inferius vt imagi
natur.Sed pulſus cedit:ſicut ⁊ cū ignis aſcendit ⁊ aſcen
dendo mouet aerem nō trahit vel debit aer ignē:ſed pel
litur ab igne qui aſcendit. ¶ P̄. Aliqualiter eſt cōtra euꝫ
ſi ex toto debet eſſe exemplū:qm̄ nunꝗ̄ nauta mouet na
uem quin prius cauſalr moueat ſe ſm totum vel aliqua
membra ſua:qbus motis mouet nauem:⁊ ideo lꝫ conſe
quenter moueatur ad motuꝫ nauis.vno modo motus.ſ.
vectionis.ꝑus tñ cauſaliter mouet ſe ⁊ motus mouet na
uē motu pulſionis. ¶ Ex his directe ad ꝯcluſionē poteſt
argui huiꝰ corpora cuꝫ naturaliter mouentur.mouentur
per ſe ⁊ non ab extrinſeco.igitur per ſe mouent a ſeipſis.
5 6m ꝯ. ¶ Contra cōcluſionem iſtam poteſt argui taꝫ auctorita
T.c.27 te ꝗ̄ multiplici rōne Phi:ſi quidē 8° phyſicoꝝ in illo ca
pitulo.Mouentium igitur ⁊ eorum que mouent ⁊c̄.po
nens quaſdam diuiſiones motorū:inter cetera dixit que
dam moueri ab alio naturaliter:quedaꝫ moueri ab alio
extra naturam.Et poſtea ſubdit q̄ p̄ma ſunt grauia ⁊ le
uia.igitur ſm eum talia in motu naturali mouentur ab
alio ⁊ nō ex ſe. ¶ P̄. Statiꝫ ſubdit hec verba. Et naturā
T.c.29. ipſam a ſeipſis dicere:ſupple moueri impoſe eſt. ¶ P̄.
Adhuc imediate adducit rationes per qđ indubitanter
pm apparet intentio eius.⁊ eſt prima.Qꝛ moueri a ſe eſt pro
T.c.29. prium viuentium.talia v̄o non viuunt. ¶ Secūda:quia
2m tunc poſſent ſiſtere ſeipſa:qđ pꝫ falſum. ¶ Tertia:quia
3m poſſent ad diuerſas poſitionis dr̄ias vt ignis ferri ſurſuꝫ
T.c.30. ⁊ deorſum:qđ etiā non videmus. ¶ Quarta:qa nullum
4m continuum ⁊ vnum non ſm tactum tñ ⁊ cōſimiliū par
tium mouet ſeipſum.hoc patet.quia nihil eius eſt deter
minate aptum natum facere:aut pati magis vel potius
Cō.30. ꝗ̄ aliud. Et ideo dicit Cōmentator ibi.q̄ neceſſe eſt il
la que mouentur ex ſe diuidi in motorem ⁊ motum que
ſint diſtincta aut ſm diffinitionem ⁊ eſſe ſimul vt eſt in
his que mouentur ab extrinſeco aut ſm diffinitionē tñ.
vt eſt in animalibus in quibus ſunt anima ⁊ corpus:que
diſtinguunt ſm diffinitionē ⁊ eſſentiam:lꝫ non ſm eſſe.
T.c.34 qa impoſſibile eſt animā eē ſine corpore:ſed talia corpo
t.35. ra ſunt contigua vere:⁊ non tñ contigua ⁊ ſunt ſimiliuꝫ
5m partium.ergo ⁊c̄. ¶ Quinto poteſt argui ex his que lra
in illo.c. Neceſſe eſt igitur omne qđ mouet ⁊c̄.dicit ſic.
Si talia mouerent ſe aut ſic q̄ pars eorum moueret par
tem:aut totum moueret totū.non p̄mo modo:qa non eſt
ratio q̄ vna moueat aliam potius ꝗ̄ econuerſo.cum ſint
omnino ſimiles.nec ſcđo modo.tum quia tunc idem ſm
eandem diſpoſitioneꝫ motus moueret ⁊ moueretur:vel
ferret ⁊ ferretur:⁊ pari ratione idem alterabit ⁊ alterabi
tur:⁊ docebit ⁊ docebitur ſimul:que ſunt incōuenientia.
tum qa idem eſſet ſimul in actu ⁊ potentia tale:quod eſt
impoſſibile.patet ꝯſequētia:qa omne qđ mouet eſt in po
tentia.vt pꝫ ex diffinitione motus:⁊ omne qđ mouet eſt
in actu.vt calefacit calidum ⁊ oīno generat habens ſpe
ciem.i.formā. ¶ Tum 3° per rationem eiuſdeꝫ in 7°.qa T.c.1.
ſi ſic.tūc moueret a ſeipſo p̄mo:ſed hoc eſt falſuꝫ:qa tūc
non quieſceret in quieſcendo aliqđ aliud:⁊ per ꝯſequēs
non ſi pars quieſceret ipſum quieſceret.hoc auteꝫ falſuꝫ
eſt vt ibidem ꝓbat. ¶ Sexto Phs probat ibideꝫ ex in 7° phy.
tentione q̄ oē qđ mouet:mouet ab alio:qđ vtiqꝫ falſum T.c.ꝑ.
eſſet ſm dicta:⁊ eo negato nō remaneret ſibi ꝑ qđ ꝓba 8° phy.
ret p̄mū motorē imobilē. ¶ 7° potētia actiua 5° meta.et T.c.35.
9° diffinitur per eſſe p̄cipium trāſmutandi aliud.nihil T.c.17.
igitur tranſmutat ſeipſum. ¶ 8° arguit quidam doctor T.cō.2.
ſic.ſi idem moueret ſeipſum primo.idem ſm idē ſimul Aure.2.
eſſet ſub oppoſitis diſpoſitionibus.ꝯn̄s eſt impoſſibile. ſnia.di.
conſequentia ꝓbatur:quia ſemper mouens eſt in oppoſi 25.q.1.
ta diſpoſitione ad motū ⁊ ecōuerſo.naꝫ mouens ſibi aſſi
milat motum ⁊ trahit eum ad diſpoſitionē ſimileꝫ ſibi.
igitur motū eſt ſibi diſſimile dum mouetur:et ideo p̄mo
de generatione dicit q̄ agens ⁊ paſſuꝫ ſunt diſſimilia in T.c.50.
principio ⁊ ſimilia in fine. ¶ 9° idē arguit ſic.ſi talia cor 9m
pora mouerent ſe per ſe ⁊ p̄mo:eadem ratione ⁊ celū mo
ueret ſe per ſe ⁊ p̄mo.nō eni apparet ratio ꝓpter quā ce
lū nō poſſit ita moueri circulariter a ſeipſo ſicut illa mo
uent recte. ¶ 10° idem ſic arguit.ſequitur q̄ in eodē tem 10m
pore per equale ſpatiuꝫ moueret graue maius ⁊ minus.
vt verbi grā.magna mola ⁊ medietas eius:qđ eſt falſuꝫ.
vt patet ad ſenſuꝫ.ꝯſequētia declaratur per regulā Phi
7° phyſicoꝝ.ſi tanta virtus mouet magnitudineꝫ in ali T.c.36.
quo tēpore media virtus mouebit medietatē illius ma
gnitudinis in equali tempore:⁊ ratio eſt:qa q̄lis eſt ꝓpor
tio totius virtutis ad totū motū:talis eſt medietatis vir
tutis ad medietatē moti.Si ergo tota virtus mole mo
uet totam molam in tāto tēpore:medietas virtutis mo
le mouebit medietatē mole in equali tpe.Et per eundeꝫ
modū poteſt probari q̄libet grauia equalia vl̄ inequalia
equaliter moueri:⁊ ſimilit leuia quelibet.alias etiā plu
res rationes adducit:ſed quia ſpecialiter ꝓcedūt de mo
tu ad formam:⁊ de hoc infra erit ſpecialis perſcrutatio:
vbi videbitur de actiuitate volūtatis:illas pro nunc non
diſcutio. ¶ Pro ſolone illoꝝ premitto q̄ aliquid moue Rn̄ſio
ri ex ſe ⁊ nō ab extrinſeco poteſt dupliciter intelligi.vno ad rōes
modo per excluſionem extrinſeci motoris particularis factas.
per ſe ⁊ imediate ipſum mouentis.Alio modo pro exclu
ſione talis motoris ⁊ ꝑ excluſionē etiā cuiuſlibet alteriꝰ:
cuius motio neceſſaria eſt ad hoc vt ipſuꝫ moueri poſſit.
p̄mo modo corpora ſimplicia ex ſe mouent:ſed nō ſcđo
modo.nam vt ipſa moueri poſſint:cum nō ſint apta nata
moueri i ꝓprijs locis:neqꝫ ab eis ad alia loca:neceſſe eſt
ſi moueri debeant ea eſſe extra ꝓpria loca.⁊ ibidem non
impedita:ipedimento.ſ.q̄ ex ſeipſa remouere nō valeāt.
in tali aūt diſpoſitione ipſa ſe ponere nō poſſunt:ſed hoc
eis cōuenit vel ab aliquo generāte ipſa extra loca ꝓpria:
vel ab aliquo ea poſtꝗ̄ genita ſunt extra ꝓpria loca defe
rente:⁊ ſi ipedimentum fuerit aliquid impediens eorum
motum modo predicto:requirit aliquid qđ illud remo
ueat.hoc aūt ſcđo modo aīalia mouēt ſeipſa.nam nec in
digent motore particulari illa ꝑ ſe imediate mouēte:nec
aliquo ponente ipſa in diſpoſitione vt moueri valeant.
poſſūt enim ſe in quibuſcūqꝫ fuerint locis mouere:⁊ extra
quelibet in quibus fuerit loca ſe ponere:⁊ ideo iſta abſo
lute dicit Phs ex ſe moueri.corpora v̄o ſimplicia qlqꝫ
dicit

dicit ex ſe moueri ⁊ nõ ab extrinſeco:⁊ tunc intelligit pri
mo modo:qñq; aũt dicit ea nõ moueri ex ſe ſed ab alio.
Cõ. 28. ⁊ tũc intelligit 2° mõ.hanc ſnialr dĩiam innuit Cõmen.8°
phy.nam dicit ꝙ in corporibus ſimplicibus non apperet
alietas motoris a moto:ſicut apparet in habentibus ani
mas.imo in eis nõ eſt alietas omnino:⁊ ſunt hec ſicut di
cit graue ⁊ leue.iſta enĩ inueniunt̃ moueri ad ſua loca na
turalia ex ſe:⁊ ad loca oppoſita ſuis locis naturalibus ex
alijs.Ecce ꝙ hic dicit talia corpora moueri ad loca natu
ralia ex ſe:⁊ ꝙ in eis non eſt alietas motoris ⁊ moti:⁊ ſta
tim in ſequẽti cõmento vbi Phs probat iſta non moue
ri ex ſe per rõnes ſupra recitatas.dicit ꝙ iſta non mouen
tur per principium exiſtens in eis abſq; indigentia cauſe
intrinſece:ſed alia mouent̃ a ꝑncipio in eis abſq; indigẽ
tia cauſe extriſece:⁊ ſic per totũ vbicunq; Phs dicit illa
Cõ. 29. non moueri ex ſe.Cõmenta.ponẽdo addit abſq; indigẽ
tia cauſe extriſece.per cãm aũt extrinſecã non põt intelli
gere cauſam extrinſecã imediate per ſe mouentẽ:aliogn
cõtradiceret verbis ſuis ꝓprie allegatis:⁊ multis alijs
ſupra adductis.quibus dicit ea non moueri ab extriſeco.
ſed intelligit cauſam extrinſecam facientem illa eſſe in
ad.4.ꝓ- diſpoſitiõe que poſſunt moueri.vt ſupra dictũ eſt. ¶ Et
mas rõ. per iſta patet reſponſio ad auctoritates Phi:⁊ ſimilr ad
primas quatuor rationes.nam moueri ex ſe ſcdo modo
ꝓprium eſt viuentiũ:⁊ que ſic mouent̃ ex ſe poſſunt ſiſte
re ⁊ ceſſare a motu:⁊ ad diuerſas partes moueri:⁊ iterum
habent in ſe diſſimiles partes.quarũ vna aliam mouet:
⁊ hec oĩa patent in aĩalibus.non ſunt autem iſta vera de
his que mouent̃ ex ſe ꝑmo modo.quo modo Phs nõ in
tendit ꝓbare corpora ſimplicia nõ poſſe moueri. ¶ Ad
Ad 5m qntũ loquendo de toto ⁊ partibus quãtitatiuis:vt videt̃
ſumere Ariſto.dico ꝙ totum mouet totũ ⁊ quelibet pars
mouet etiam ſeipſam.Si autẽ de partibus qualitatiuis
vel formalibus:põt dici ꝙ ſic.puta grauitas in graui mo
uet totũ:⁊ ſimilr mouet ſeipſam:⁊ ſi eſſet ſeparata a ma
teria ⁊ a forma ſubſtantiali adhuc moueret ſe ſicut de fa
cto patet in eucharistia. ¶ Tũc cũ ꝓbat̃ ꝙ totum nõ mo
uet totũ per illa que tanq̃ incõueniẽtia inferunt̃.dico ꝙ
illa ſimplr accepta non ſunt incõuenientia.Idẽ nãq; ſe
ipſum alterat:ſicut pꝫ de aqua calida que ꝑ ſe redit ad fri
giditatem.vt ſupra patet per Auic.⁊ experientia docet.⁊
ſimilr voluntas cauſat in ſe volitionẽ vt infra patebit.⁊
ſic de alijs pluribus. ¶ Item ſic ſimpliciter ſumpta non
reputant̃ a Pho incõueniẽtia:ſed ſolum in his in qbus
ſolum motio eſt vniuoca.i.in quibus principiũ mouẽdi
eſt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime cũ termino motus.tali ſi
quidem motione Phs dicit idẽ non poſſe mouere ſeipſm
ꝑmo.vtputa frigidum per frigiditatẽ quã actu habet nõ
frigefacit ſeipſum:nec calidum calefacit ſe per ſuũ calo
rem.⁊ ꝙ iſta ſit intentio eius pꝫ.nam ſtatim ibidẽ abſq;
medio addit.ſimilr aũt ⁊ aliorum vnũqdq; quorũcũq; mo
Cõ.40. uens neceſſe eſt habere vniuocum.vbi Cõmenta.Et iſte
inquit ſermo eſt intellectus ex predicta.ſ.ꝙ impoſſibile
eſt vt aliquod moueat ſm ꝙ mouet̃.⁊ hoc eſt in motis ⁊
mouentibus que dicuntur vniuoce.⁊ addit Cõmenta.ꝙ
Phs dixit hoc:qa hoc nõ eſt impoſſe niſi in motoribus q̃
ſunt corpora aut virtutes in corporibus.ratio eſt:quia in
illis tñ reperit̃ talis motio vniuoca:lꝫ nõ repiat̃ in oĩb⁹
⁊ in multis reperiat̃ motio equiuoca.talis autem motio
vniuoca nõ eſt in motu locali corporum ſimpliciũ:ſicͣ patet
niſi diceretur per loca in quibus actualiter ſunt mouent
ſe ad loca eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime.Et forſitan ad h
excludendũ inter alia incõueniẽtia dixit:⁊ ferret ⁊ ferre
tur:⁊ ſimiliter dõm ad aliud illatum.puta ꝙ idem eſſet
in actu ⁊ in potentia.ſ.in actu formali ⁊ virtuali etiã vni

uoco:⁊ in potẽtia formali.ſ.tali motione vniuoca ſe mo
ueret. Si aũt motio ſit equiuoca non ſequitur niſi ꝙ ſit
in actu virtuali non vniuoco ⁊ in potentia formali iuxta
vulgatã diſtinctionẽ:⁊ iſtud non eſt inconueniens: ſicut
pꝫ de aqua calida:que eſt in actu vᷓtuali frigida:cũ actua
liter habeat formã ſubſtantialẽ:que virtualr cõtinet fri
giditatem:quã nõ hꝫ formalr:ſed habere poteſt.ſic etiam
multa alia virtualr ꝯtinent qualitates:ad quas ſm ſpẽm
ſunt in potentia formali.vt argentum cõtinet nigredinẽ.
nam ⁊ ductum ſuper albam tabulam vel mẽbranã facit
lineam nigrã.⁊ tamẽ ipſum etiam põt nigrefieri:lꝫ non a
ſeipſo.ſic etiam dicit̃ de pipere ⁊ alijs pluribus aromati
bus:que ſunt actu virtualiter calida:⁊ tñ poſſunt forma
liter calefieri per ignem.imo qd plus eſt:nõ vſquequaq;
eſt impoſſe idem eſſe in potẽtia formali ⁊ actu formali.ſi
per eſſe in potẽtia formali nõ plus importet̃ q̃ȝ poſſe reci
pere formã:⁊ per eſſe in actu formali nihil aliud q̃ȝ actua
liter habere formã.⁊ hoc pꝫ.nam aliqd remiſſe calidum
eſt in potentia ad alium gradũ caloris:⁊ põt fieri magis
calidum:⁊ aqua per ſeipſam rediens ad frigiditatẽ prius
eſt remiſſe frigida actualr:⁊ tñ eſt ĩ potẽtia ad alios gra
dus frigiditatis:qꝛ imo ⁊ illos cauſat in ſe:lꝫ non per ca
lorem quem habet. ¶ Ad aliam probationem dico diſtin
guendo ſenſus ꝑmi cõſequẽtis.nam aliquid moueri a ſe
ipſo ꝑmo vno modo idem eſt qd ſm totũ ⁊ nõ ſm partẽ
tm̃ moueri a ſe.ita ꝙ qdlꝫ ſui ſit mouẽs ⁊ quodlibet mo
tum.ſm quẽ modum accipit Phs 5° phy.⁊ 6°.cum dicit T.c.2.
aliqd moueri in aliquo tẽpore primo.i.in qualibet parte t.c.74.
illius tpis.alio modo vt ſit ſenſus ꝙ de ipſo verificat̃ ꝑ
mo moueri ⁊ ſimiliter mouere:ſm quẽ modũ accipitur
ꝑmo in diffinitione vlis ꝑmo poſteriorum:⁊ quẽadmodum
dicimus ꝙ triãgulus ꝑmo hꝫ tres ⁊c.i.hec tres ꝑmo ve
rificat̃ de triangulo:ita ꝙ ſic loquentes vtimur actu ex
ercito pro ſignato.ſi ꝑmo mõ itelligat̃ ꝯcedo ꝑmã ꝯñaz
⁊ ꝯñs:ſed vlteriorem nego ꝯñaz:⁊ eã nõ tenere ſatis cla
rum eſt.naz ſimili modo ꝓbaret̃ ꝙ nihil mouet̃ ab alio
ꝑmo ad illum ſenſum:cuius oppoſitum frequentiſſime
habetur in phia:⁊ experiẽtia docet:⁊ patet:qa quodlibet
tale quieſceret inquieſcẽdo partẽ ſuam.ſi vo intelligatur
ſcdo modo tũc primũ añs vtiq; falſum eſt.ſed ꝯña ꝑma
nõ valꝫ:q̃uis enĩ aliqd corpus:ſm totũ ſit motũ ⁊ ſꝫ to
tũ mouẽs:neutrũ tñ ꝑdicatũ dĩ ꝑmo de eo.qꝛ nimo dicit̃
de aliquo de quo ipſum nõ dĩ.puta de parte.nam q̃libet
eius pars eſt mouens ⁊ quelibet mota. ¶ Ad 6m dõm ꝙ Ad 6m
ſicut expreſſe pꝫ ex textu. Phs loquitur de motu diuiſi
bili:⁊ de motu locali:⁊ ſic accipiendo dico ꝙ illa ꝯcluſio
Phi vera eſt:ſic intelligẽdo ꝙ omne qd mouet̃:mouet̃ 7° phy.
ab alio extrinſeco motore vel itrinſeco totali vel partia t.c.p.
li.⁊ ſic graue eſto ꝙ moueat ſe.mouet̃ tñ ab alio:qꝛ a q̃li
bet pte ſui tanq̃ a ꝑtiali motore intrinſeco.nam ſicͣ ipm
eſt totale motũ cõpoſitum ex partialibus motis:ſic eſt to
tale mouens compoſitum ex partibus mouentibus:et ſi
dicatur ꝙ ex illa ꝯne ſic intellecta nõ poteſt ꝓbari ꝑmũ
motorẽ eſſe oĩno imobilem ſicut intendit Phs.Certe cõ
cedo ⁊ dico ꝙ Phs per iſtã nõ ſufficienter illud ꝓbauit
nec forte ꝑ aliqua alia ſua ꝑncipia:q̃uis forte putauerit
oppoſitũ. ¶ Ad 7m dico ꝙ qualitercũq; illa diffinitio ſit Ad 7m
intelligenda:qa de hoc infra.nihil tñ ad ꝓpoſitũ:quia ta
lis potentia motiua nõ eſt inquantũ huius ꝓprie actiua.
nec localr mouere eſt ꝓprie agere:cũ nulla oĩno entitas
per taliter mouere producat̃:ſed tñ modo acquiratur lo
cus hexiſtens.vnde etiã vult Phs ꝙ non omne mouens
eſt agens. ¶ Ad 8m nego ꝯñaz.⁊ ad ꝓbationẽ dico ꝙ nõ Ad 8m
qdlibet mouens eſt in diſpoſitione oppoſita ad motum. quod ẽ
ſed mouens qd eſt ꝓprie agens:⁊ motũ qd eſt ꝓprie pa Aui coi̇̃l

riens tranſmutantia ſe ſm qualitates actiuas ꝛ paſſiuas ſunt in diſpoſitionibus oppoſitis ꝛ in ꝓncipio diſſimilia ꝛ in fine ſimilia: ꝛ tale agens eſt quod ſibi aſſimilat paſſuʒ:nec eſt dubiū ꝙ de talibus ꝓhs loquitur.qđ aūt preciſe localiter mouet nō hʒ tales ꝯditiones:ſicꝰ pʒ in ꝓijciente lapidem ſurſum.ꝛ ſimilr in mouēte aliud deorſum qđcūqʒ ſit illud. Jteʒ nec qđlibet agēs eſt talis conditionis reſpectu paſſi vt alias patebit.
Ad 9ᵐ ¶ Ad 9ᵐ dōm ꝙ multi non reputarent incōueniens illud qđ infertur:nec forte eſt bñ iꝓbabile.dico tamen ꝙ quid ſit de illo ꝙ non par ratio eſt vtrobiqʒ.tum qꝛ non apparet ꝙ aliqđ corpus mere naturalr moueat a ꝓprio loco aut in ipſo exiſtens in illo:ſed potius quieſcat.celum autē eſt in ꝓprio loco ꝛ cōtinue in illo mouet.tum qꝛ qđ naturalr mouet quocūqʒ genere motus moueat.ſi nullā hēt reſiſtētiā mouet in inſtanti.vñ ſi nō eſſet mediū reſiſtens graui aut aliud
T.c.71. impediens deſcenderet in inſtanti.vt pʒ 4° phyſicoꝝ.ſi ṽo celuʒ moueret ſe moueret nālr mere:ꝛ nullā oīno haberet reſiſtentiam:qꝛ non mobilis ad motorē:quia nihil ſibiipſi reſiſtit:nec mediū:cuʒ nullū ſit:ꝛ per ꝯñs moueretur in inſtanti:qđ eſt falſum ꝓpter iſta ſiue cogant ſufficienter ſiue non:ꝛ ꝓpter multas alias rōnes que poſſent aſſignari videri poteſt ꝙ celū nō moueat a motore mere naturalr mouente:ſed a ꝓpoſito ꝛ a voluntate:ꝛ per ꝯñs non a ſeipſo ſʒ ab alio.Ex quo pʒ ꝙ nō eſt par ratio vtrobiqʒ.
Ad 10ᵐ ¶ Ad 10ᵐ nego ꝯñam.ad ꝓbationem dico ꝙ illa ꝓportio debet attēdi īter virtutē mouentē ꝛ magnitudinē motam reſiſtentem mouenti:ſicut ꝛ ꝓpter ſolam reſiſtētiam apponitur tps in motoribus virtutum naturaliter mouentiū:ꝛ qꝛ idem non ſibiipſi reſiſtit nō ſm ꝓportionem totius mole ad totam molam:ꝛ medietatis ad medietatem eſt tempus in motibus illis:qꝛ ṽo mediuʒ qđ etiam eſt per ſe motum ꝛ pulſum a mola reſiſtit ei:ꝛ ꝑ talem reſiſtentiam nō in inſtanti:ſed in tēpore mola deſcendit.idcirco ſm ꝓportionē virtutis mouētis ad ipm mediū motū ſumēda eſt ꝓportio tēporis.ſaluo ſemꝑ bono itellu regule illius.de q̄ nō eſt pro nūc opus diſſerere.

4° arti. **Quantum** ad 4ᵐ arti.Utrū.ſ.angelus poſſit a ſe ipſo localiter moueri.videtur mihi dicendū ꝙ ſic.naʒ cū angelus poſſit localr moueri:vt pʒ ex articulo primo:nec ſit impoſſibile idem mouere ſeipſuʒ localr.vt pʒ ex.3.poſſe fuit deū ſibi cōferre.vt ipſe ſe moueret:ꝛ ſatis rationabile eē videtur eſtimare ꝙ ſic de facto contulerit:preſertim cuʒ in ꝑfectionibus mobilibus hoc videamus eſſe cōceſſum.puta ſm ſanctos.demones de loco ad locū vadunt vt tentent hoīes ꝛ faciant cadere in peccatū.tūc igiꝰ vel mouenꝰ a ſeipſis:ꝛ habeo ꝓpoſituʒ:vel a deo tñ:qđ libenter ego non dicerē.nā nō bene religioſum ꝛ piū videꝰ dicere ꝙ ſit totale mouēs ducēs diabolū ad faciēdū hoīes peccare:aut ab aliqua alia creatura:nec iſtud cōgruū multū apparet:quicquid tamē ſit de ṽitate nobis certū nō eſt:qꝛ nec ꝑ ſcripturā expreſſuʒ:poſſibile tamē eſſet ſi deo placeret ſibi talem vim mouēdi tribuere.nā mihi videꝰ tradendū in dubiū. ¶ Aduertenduʒ tñ ꝙ ſicut angelus ꝛ corpus non dicunꝰ vniuoce eſſe in loco:qꝛ corpus dimenſionaliter ꝛ circunſcriptiue:implendo locū ꝛ faciendo diſtare partes loci.angelus ṽo diffinitiue tñ nō implens locū nec in ipſo diſtantiaʒ faciens.ſic nec vniuoce corpus ꝛ angelus dicunꝰ localr moueri:qꝛ corpus ſic moueꝰ vt medium ſcindat vel pellat aut alio modo ꝛ diſtātiā loci faciat.nullum aūt hoꝝ facit angelus ſuo motu.ſolū aūt cū corpore cōuenit in hoc ꝙ ꝛ locū deſerit ꝛ locum acquirit.ita ꝙ vt ſic liceat loqui cōueniunt quo ad ſubſtantiā motus:non quo ad modū. ꝓ. cum dico angelū localiter moueri.nō intendo affirmare modū motus queʒ videmus in motu corporis ſm ſubaʒ tñ.i.ꝙ vere locuʒ deſerit ꝛ locum acquirit.eo modo quo ſibi in loco eſſe conuenit.hoc in ſimili docet Aug.12.ſuꝑ cap. 58.
Geñ.vbi querens vtrum anima cū exit a corpore ad aliqua corporalia loca feratur ait.Cito quidem reſponderē ad corporalia loca eam vel non ferri niſi cū aliquo corpore vel non localiter ferri.Jam vtruʒ habeat aliquod corpus cum de hoc corpore exierit oſtendat qui poteſt. Ego autē non puto.ſpiritualē enim arbitror eſſe non corporalem.Ex his patet ſm eum ꝙ non fertur ad loca corporalia cum aliquo corpore:ſed cuʒ vt dicit Magiſter in iſta diſtin.demones ducant animas ad infernū:ꝛ quaſdā ibi eſſe idem Aug.velit ꝓmo retrac.ꝛ in ench.119.dicat aīas cap.5.
mortuoꝝ vſqʒ ad reſurrectionē abditis receptaculis cōtineri.ꝓbat ꝙ vnaqueqʒ digna eſt requie vel erumna.ſequitur ꝙ anima feraꝰ ad corporalia loca:nō tamē localiter:ꝛ per cōſequēs moueꝰ localiter vno modo.ſ.ad ꝓmū ſenſum.ꝛ alio modo.ſ.in ſcđo ſenſu non moueꝰ localiter:ꝛ ita de motu angeli eſt ſentiendū. ¶ Per hoc patet ad Ad arg.
argumenta q̄ſtionis.nā añs ꝓmi in ꝓmo ſenſu eſt falſuʒ. ꝓnci°.q.
probatio auteʒ nō valet:qꝛ Aug.ſolum intendit negare modum motus:ſicut etiā ab anima ſeparata vt dictū eſt.ꝛ ſic ipſum debere intelligi patet etiam per Magr̄m in ꝓmo libro.diſtin.37.vbi eandem auctoritateʒ exponens dicit ꝙ ideo Aug.attribuit mutationē loci corꝑi nō ſpiritui:quia lʒ ſpiritus tranſeat de loco ad locuʒ.non tamē ita vt dimenſionibus circūſcriptus interpoſitione ſui loci faciat diſtantiam ſicut corpus. ¶ Ad aliam ꝓbationē antecedentis patet ex articulo ſcđo. Ad cōfirmationem dicendū ꝙ nec anima nec angelus habet vbi dimēſiuū:quale habent corpora que dimenſionaliter ſunt in loco.de quo tñ tractat ibi auctor ille.ſʒ vtriqʒ habēt vbi diffinitiuum:qđ non eſt aliud ſm rem q̄ʒ locus in quo diffinitiue locantur. ¶ Ad ſecundam dicenduʒ ꝙ angelus mo- Ad 2ᵐ
uetur a ſeipſo per ſe.Et ad probationes in oppoſitum patet reſponſio ex dictis in tertio articulo.

¶ Diſtinctionis. VI. Queſtio. II.

SEcundo quero vtrū angelus poſſit ſe mouere de loco ad locū in aliquo tempore ſucceſſiue.arguiꝰ ꝙ nō.quia nullū indiuiſibile poteſt moueri ſm locum in aliquo tempore cōtinue.igiꝰ nec angelus.ꝯñtia patet:qꝛ angelus eſt ſimpliciter indiuiſibilis ſm ſubſtantiā.añs pro-
batur ex intentione Ariſto.6° phyſicoꝝ:ꝛ rōne etiā dupli- T.c.86.
citer.primo quidem:qꝛ omne cōtinue motum ſuꝑ aliq̄ magnitudine prius tranſit equale ſibi q̄ʒ maius:ꝛ totaʒ illam per ſibi equalia ſucceſſiue menſurat.ſi igitur aliqđ indiuiſibile cōtinue moueretur menſuraret totā magnitudinem per ſibi equalia:ꝛ per cōſequens per indiuiſibilia ex quo vlterius ſequeretur ꝙ magnitudo eſſet conſtituta ex indiuiſibilibus.cuius oppoſitum probatū eſt ſu-
pra. ¶ Secūdo.quia omne quod localiter mouetur vel 2ᵐ
eſt totū in termino a quo vel totuʒ in termino ad quem.vel partim in vno ꝛ partim in alio.non poteſt dici ꝓmū.quia quādiu mobile eſt in termio a quo quieſcit.nec 2ᵐ quia tunc conſumatus eſt motus.igitur tertiū.ſed nullū indiuiſibile poteſt partim eſſe in vno termino et partim in alio.cum partibus careat.igitur ꝛc̄.

Contra non obſtāte indiuiſibilitate angeli.angelus Oppoᵐ
eſt in loco diuiſibili ꝛ pōt moueri.igiꝰ non obſtāte eius īdiuiſibilitate pōt ſm locū ꝯtinue moueri.

Reſpondeo ꝓmittēdo aliquas diſtinctiones deinde ꝯclones ad ꝓpoſitum.Prima di- ꝓª diſti.
ſtinctio eſt ꝙ angelū moueri ſm locum cōuenit dupliciter.ſ.

ter.ſ.per accidens ad motum alicuius corporis aſſumpti
⁊ ſibi vniti.alio modo per ſe nullo corpore aſſumpto:ſic
ſi a celo empyreo veniat angelus ad terram ſaltem vſq
ad ſpheram lune moueť per ſe abſq corpore.cum nullū
ſit ibi corpus ab ipſo aſſumptibile.

2ᵃ diſtō **Alia diſtinctio** eſt ꝙ angelū per ſe moueri ſm
locum pōt intelligi tripliciter.
vno modo ꝙ moueať motu deperditiuo tm̄.ſ.deſerédo
tm̄modo locū.alio modo ꝙ motu acquiſitiuo tm̄:ita ꝙ
locum nouum acquirat ⁊ priorem non deſerat.Tertio ꝙ
vtroq ſimul modo.ſ.vnum deſerendo ⁊ aliū acquirēdo.
¶ His premiſſis pono probabiliter ⁊ ſine aſſertione teme
raria cōcluſiones quatuor.Prima eſt ꝙ angelus poteſt
ſe mouere per accidens ſm locū in aliquo tēpore ꝯtinue.
Secunda ꝙ poteſt ſe mouere per ſe continue motu dep/
ditiuo tm̄.Tertio ꝙ pōt ſe mouere continue motu acqui
ſitiuo tm̄.Quarto ꝙ pōt ſe ꝯtinue mouere ſimul vtroq
pᵃ ꝯ. modo.¶ Prima concluſio probatur.nam angelos aliqñ
fuiſſe per tempus cōtinue in corporibus motos ex ſacra
ſcriptura colligitur:ſicut patet in eo qui cū Jacob vſq
mane luctatus eſt:⁊ in eo qui in forma etiā humana die
bus pluribus vadens ⁊ rediens comitatus eſt Tobiam
iuniorem:⁊ de multis alijs ſimilia legimus.vtrū aūt illa
corpora in quibus apparebant ⁊ mouebanť eſſent tunc
ab eis primo formata ⁊ aſſumpta:an eſſent aliqua ſibi ab
initio naturaliter vnita:⁊ tunc in figurā aliā transforma
ta.hoc ꝗuis a ſcriptura nō habeať expreſſū:cōmunius
tamē teneretur ꝙ tunc pmo fuerint aſſumpta:eo ꝙ ſancti
⁊ doctores cōmunius opinenť angelos eſſe ſpūales tm̄/
cap.3. modo incorporeos nāliter:ſicut patet de Dam.lib.2.Et
cap.4. de Diony.p̊ lib.de diui.noībus.⁊ ꝗuis Aug.videať oppo
cap.10. ſitum q̄nq dicere.nō tamē niſi iuxta alioꝝ opi.ſicut cla
cap.3. re pꝫ.21.de ci.dei.vbi ſm vtrāq opio.reſpondet ad neu/
tram determinate declinans:ſed etiā in lib.de ſi.ad Pe.
quē poſtea edidit eos icorporeos determinate aſſerit.d.
ꝙ deus ſuperiores ſpūs cum corporeis elemētis nullum
naturale fecit habere conſortiū.Et ex hoc teneť cōmuni
ter ꝙ in aſſumptis corporibus angeli poſſunt moueri cō/
2ᵃ ꝯ. tinue.¶ Scdam cōcluſionem pbo ſic.angelus exiſtens
in loco ſibi maximo poteſt ſpōte partē illius loci ſucceſſi
ue continue deſerere ⁊ in alio remanere.igitur poteſt cō/
tinue motu deperditiuo ſe mouere.ꝯña pꝫ.aña probať.
nam vt ſupra.d.2.dcm̄ eſt:angelus non ſic determinat ſi
bi menſuram loci:quin poſſit nūc in maiore nunc in mi/
nore exiſtere:⁊ per ꝯñs cū poſſit ex toto illo loco recede/
re:⁊ iterū ad eius partē preciſe redire ſi ſibi placet nō ap
paret cur non poſſit partem tm̄ deſerere:⁊ partem retine
re.Qꝫ vͦo poſſit partem ſucceſſiue non totum ſimul deſe/
rere.pꝫ:quia cum non naturalr̄:ſed libere angelus ſit in
hoc loco vel illo ſic videtur poſſe ſucceſſiue deſerere ptē
loci remanentē in rerū nā:ſicut ſi ſucceſſiue annihilareť
ꝯfirma. ſucceſſiue deſineret in illa eſſe.¶ Cōfirmať hoc ⁊ ſimi/
liter concluſio.nā poſſibile eſt ꝙ anima humana aliquā
partem ſue materie ſucceſſiue deſinat informare.igitur
⁊ angelus poteſt ⁊c̄.aña pꝫ.qm̄ ſi aliqua pars carnis vel
ſanguinis ſucceſſiue corrumpatur ⁊ cōtinue ſicut natura
liter poſſibile eſt:anima cōtinue deſinet informare illaꝫ.
ꝯña ſatis videtur pbabilis:qm̄ ſicut anima que natura/
liter vnitur materie nāliter in illo caſu deſerit eam ſuc/
ceſſiue.ſic angelus qui libere iungitur loco libere poteſt
partem ſucceſſiue deſerere.ita enī anima eſt tota in qua/
libet parte corpis ſicut angelus totus in qualibet parte
2ᵒ loci.¶ P.ſm Dam.lib.2.demon ſi deus permittat pōt
cap.4. pro libito in quacūq figura ſibi aſſumere corpora:⁊ ea/
dem ratione in maiore ⁊ minore quantitate:⁊ aſſumpto

aliquo magno corpore poteſt partē deſerere nō minus
ꝙ̄ anima humana:que magis intimatur ſuo corpori.igiť
multo fortius exiſtēs in loco magno poteſt deſerere vnā
eius partem:⁊ in alia tm̄modo remanere:cum maior ſit
eius coniunctio ad corpus aſſumptum ꝙ̄ ad locū.¶ Ter 3ᵃ ꝯ.
tia cōcluſio pōt ex eiſdem quaſi probari.nā angelus pōt
eſſe in loco minore ſibi maximo poſſibili:⁊ poteſt eſſe in
ſibi maximo poſſibili.igitur exiſtens in loco minore pōt
illo non deſerto proximū acquirere.¶ Scdo.q2 anima 2ᵒ
humana poteſt nouam partem materie(ſi partibiliter ⁊
aliquotam continue ſibi adgenereť ſicut poſſibile eſt.vt
puto)ſucceſſiue informare non deſertis prioribus parti/
bus quas informat.igitur ⁊c̄.¶ Tertio.q2 exiſtens vni/ 3ᵒ
tus alicui corpori illo creſcente poteſt nouis partibus ſe
vnire ⁊c̄.¶ Quartam concluſionē probo:q2 anima hu/ 4ᵃ ꝯ.
mana poteſt ſimul vnam partē materie deſerere ⁊ aliā
de nouo conti nue informare.igitur ⁊ angelus vnū locū
deſerere ⁊ alium ſimul acquirere.aſſumptum patet poſi/
to ꝙ in vna parte corporis generetur noua caro ⁊ in alia
corrumpatur.¶ Secundo.angelus poteſt vnum locum 2ᵒ
ſponte totaliter ſucceſſiue deſerere.⁊ poteſt alium totali/
ter ſucceſſiue acquirere.igitur poteſt ſimul vnū ſucceſſi
ue acquirere:⁊ alium ſucceſſiue deſerere.aña quantū ad
primam partem probatur ex ſecūda cōcluſione.nam nō
minus poteſt deſerere totum ſucceſſiue ꝙ̄ partem:⁊ per
idem ſecūda pars probatur ex cōcluſione tertia.Et cōſe/
quētia videtur ſatis clara.cum deſerere vnum ⁊ acquire
re aliū non ſint icōpoſſibilia.¶ Tertio ſic.poſſibile eſt 3ᵒ
angelum diuerſis partibus eiuſdē corporis cōtinue mo
ti circa ipſum ſucceſſiue coexiſtere:⁊ econuerſo:et ſimul
vnam ab eo ſucceſſiue ⁊ continue diſcedere.aliam vͦo ac
cedere.igitur econuerſo.poſſibile eſt angelū diuerſis par
tibus corporis quieſcentis ſucceſſiue ⁊ continue coexiſte
re:⁊ ſimul ab vna diſcedere ⁊ ad aliā accedere.ꝯſequētiā
puto planam cuilibet concedenti angelū poſſe localiter
moueri ⁊ libere vt ſuppono ex queſtione precedenti.an/
tecedens non ſolum de poſſibili:ſed etiam de ineſſe verū
eſt ſm cōmunē opionem.nam ſi angeli ſunt motores ce/
lorum vt vult Aug.8ᵒ de trini.⁊ Phs ⁊ alij doctores cō/ cap. xi.
munius:⁊ ſint in determinata parte.puta in circūferētia:
⁊ in parte orientali vt vult idem Phs 8ᵒ phyſicoꝝ.⁊ Cō Cō.84.
mentator ibidem.⁊ ſcdo ce.in qua parte ſemper imotū Cō.15.
eum exiſtere dicunt.ita vt nunꝙ̄ ſit in meridie vel occi/
dente aut alia parte.Et ei velut quaſi extrinſecus ibi po/
ſito continue ſucceſſiue partes orbis coexiſtunt:⁊ cōſtat
ꝙ ei non coexiſtit adequate aliquid indiuiſibile celi.tū
quia nullum tale eſt in ipſo:vt ſupra probatum fuit diſtī.
ſcda.tum quia cum ſic ſucceſſiue totus orbis coexiſtat ſe/
queretur ꝙ componeretur ex idiuiſibilibus.vt patet ex
conſiderationibus.6.phyſicorū.ſequitur ꝙ in quolibet
inſtanti coexiſtat alicui parti diuiſibili:⁊ ſucceſſiue cōti/ Al. t.c. ꝓ. per lōgū proceſſū.
nue vna ab ipſo diſcedat.alia appropinquet vt dicebať:
⁊ hanc rationem ſatis reputo probabilem.¶ Contra cō/
cluſionem iſtam que principaliter eſt quarta opio cuiuſ/ Huber. li. ꝓ diſtin.ſ. q.4.
dam doctoris moderni:ꝙ impoſſibile eſt angelū per ſe
ab aliqua virtute creata poſſe localiter moueri continue.
quāuis concedat eū ſic moueri poſſe imediate a deo.ar/
guit autē ipſe primo ſic.ſi hoc eſſet poſſibile ſequeretur
magnitudinem motum ⁊ tempus componi ⁊ indiuiſibi
libus contra demonſtrata in.6.phyſicorum.conſequētia Al. t.c. ꝓ. per lōgū proceſſū.
probatur:quia ſi indiuiſibile moueatur per ſe menſuraret
totū ſpatium ſuper quod moueretur:⁊ indiuiſibilia in
illo eſſent imediata ſicut patet:⁊ per conſequens magni/
tudo conſtaret ex indiuiſibilibus:⁊ quia eiuſdem ratio/
nis ſunt motus ⁊ tempus quo ad diuiſionē cum magni/

T.c.37. tudine:eo ꝙ eiſdem diuiſionibus diuidantur.vt patet
38.⁊.39. ibidem.ſequitur etiã ꝙ motus ⁊ tempus ex indiuiſibi/
2m libus componantur.¶ Secũdo.ſi ſic.tunc in ſuo motu
nullam haberet reſiſtentiam.⁊ per conſequens non eſſet
in illo motu aliqua ſucceſſio.cum omnis ſucceſſio in mo
t.⁊.c.71. tu ſit ꝑpter reſiſtentiam.vt pꝫ.4.phyſicoꝝ.c.de vacuo.
3m ⁊ per Comen.ibidẽ.¶ Tertio.tunc angelus perfectior
⁊ maioris virtutis poſſet ſe mouere velocius q̃ angelus
minoris virtutis.conſequens eſt falſum.ↄſequentia pro
batur.quia ſm hanc poſitionem quicũq; angelus poſſet
ſe mouere per quãtamcunq; diſtantiam in quantocũq;
tempore:eo ꝙ nõ eſſet ſibi difficilius mouere ſe per ma/
gnam q̃ per paruam.cum nullam habeat reſiſtentiam.
⁊ ita non poſſet vnus velocius ſe mouere q̃ alius.f.ↄ.p/
batur:quia ponat̃ ꝙ duo angeli vnus fortior alter debi/
lior moueant ſe q̃citius poſſunt:ſi mouentur eque velo
citer.igitur virtus maior ⁊ virtus minor agunt actiones
equales in tempore quando agunt ſm vltimum poten/
T.c.36. tie ſue.qđ non eſt intelligibile.⁊ cum hoc eſt contra phi/
37.⁊.35. loſophuꝫ ⁊ Cõmen.vbi ſupra.⁊.7° phyſicoꝝ in multis
4m alijs locis.¶ Quarto ſequitur ꝙ aliqua virtus minor
virtute angeli poſſet cuꝫ aliqua reſiſtentia velocius mo/
ueri q̃ angelus ſine reſiſtentia.qđ eſt abſurduꝫ ⁊ impoſ
ſibile.probatur conſequentia.nam ſumatur vnus ange/
lus qui moueatur de terra vſq; ad concauuꝫ lune q̃ ve/
locius poteſt.⁊ ponatur ꝙ in tempore.a.conſtat ꝙ aliq̃s
ignis poteſt per medium vſq; ad eundem locum in ali/
quo tempore moueri.⁊ ſit illud.b.tunc aliqua proportio
eſt temporis.b.ad tempus.a.ſit gratia exempli decupla.
tunc ſic.ignis decuplus ad priorẽ poteſt moueri in hoc
medio in tempore decuplo minori q̃ tẽpus.b.igit̃ in tẽ/
pore equali.a.⁊ ignis centuplus poteſt in tempore mino
ri q̃.a.⁊ cõſtat ꝙ quilibet ignis in ſuo motu habebit re/
ſiſtentiam ex medio in quo mouetur.angelus autẽ nul
5m lam.¶ Quinto.tunc eadem ratione aĩa humana quan/
do vellet eſſe alicubi ꝑmo moueret ſe.⁊ ita eſſet primus
motum ex ſe in homine contra determinationem phĩ ⁊
Cõ.30. Cõmen.8° phyſicorum in multis cõmentis.vbi volunt
ꝙ ꝑmũ motũ ex ſe ſit cõpoſitum ex duab⁹ partibus:qua
Rñ° ad rum vna primo mouet aliam.¶ Ad ꝑmam dico primo
rões hi. ꝙ ipſa militat contra eum in eo qđ concedit.vꝫ ꝙ deus
Ad p^m poſſit angelum mouere continue ſuper magnitudinem.
naꝫ ſi illud ſequeret̃ poſito ꝙ angelus per ſe moueret̃ a
ſeipſo:pariter ſequeret̃ ſi eſſet per ſe mot⁹ ab alio.vnde
phs nõ plus iprobat idiuiſibile poſſe per ſe moueri ex ſe
q̃ ab alio.nec eius rõ plus ꝓbat de vno q̃ de alio.⁊ mi/
ror ꝙ iſtud iſte doctor nõ aduertit.¶ Rñdeo igit̃ ⁊ ne/
go ↄñiã:⁊ ad ꝓbationẽ dico ꝙ ipſa bona eſt de indiuiſi
bili cui correſpoderet pciſe indiuiſibile in ſpatio ſiue ꝙ
non coexiſteret ſimul diuiſibili parti ſpatij ſi aliqđ tale
eſſet.angelus aũt nõ eſt tale.nã q̃uis ipſe ſit in ſe indiuiſ
ſibilis:coexiſtit tamen diuiſibili ſpatio:ſicut etiã aĩa in/
tellectiua indiuiſibilis exiſtens coexiſtit ⁊ informat di/
uiſibile corpus.⁊ ideo nõ menſurat magnitudinẽ per in
Ad 2m diuiſibilia:ſed per diuiſibilia tñ.¶ Ad 2m ↄcedo ꝑmaꝫ
cõſequentiã:⁊ nego ſecũdam.nam mouens liberum põt
etiaꝫ abſq; reſiſtentia ſucceſſiue mouere.patet etiã ſm
arguentẽ.nam dicit ꝙ deus poſſet ſucceſſiue angelũ mo
uere.⁊ conſtat ꝙ tunc etiam nulla foret reſiſtentia.ſimi/
liter medium non reſiſtit corpori glorificato nec corpus
glorificatum virtuti mouenti.⁊ tamẽ Chriſtus poſt glo/
rificationem ſui corporis ſucceſſiue ⁊ continue moueba/
tur.Dictum ergo philoſophi intelligendum eſt de motu
naturali.in tali nanq; eſt ſucceſſio pciſe ex aliqua reſiſtẽ
3 rõneꝫ tia.¶ Sed contra hec iſte doctor arguit.quia tũc inquit

ipſe eſſet ſucceſſio preciſe.quia angelus vellet tanta velo
citate preciſe mouere ſe.⁊ tunc vlterius ſequitur ꝙ oẽs
partes ſpatij ſucceſſiue actu cognoſcat.vel ꝙ aliquando
tranſit ⁊ neſcit q̃ velociter.¶ Reſpondeo primo ꝙ idẽ Rñſio
arg.poteſt fieri cõtra eum ⁊ contra alios de hominibus
habentibus corpora glorificata.¶ 2° dico ꝙ angeluꝫ co
gnoſcere quãta velocitate mouet̃ poteſt dupliciter itel/
ligi.vno modo ꝙ diſtincte cognoſcat in quanto tempore
quãlibet parteꝫ determinate pertranſit.verbi gratia.in
quãto tẽpore dcimã.⁊ in quãto cẽteſimã.⁊ in quãto mil
leſimaꝫ.⁊ ſic de qualibet determinate ⁊ diſtincte cogno/
ſcat in quãta parte determinata ⁊ certa temporis eã trã
ſeat.Alio modo ꝙ non ſic diſtinctam notitiam de ſingu
lis habeat:ſed de tota magnitudine determiate ſciat in
quãto tempore tranſit:⁊ cõfuſe de partibus.ſi intelligat̃
primo modo cõſequẽtia videt̃ cõcedenda:⁊ cõſequens
erit ꝓ 2ª parte:ſi detur minima pars magnitudinis per
ceptibilis ab angelo vel maxima nõ perceptibilis:ſicut
non obſtante ꝙ voluntas libere poſſit intendere actum
ſuum ⁊ velocitare:nõ tamẽ diſtincte nouit quãlibet par
tem actus ⁊ quãlibet partẽ tẽporis menſurãtis intenſio
nem illam.⁊ hoc nõ ſolũ de voluntate humana:ſed etiã
de angelica videtur ſatis rõnabiliter debere dici.Si vo
teneat̃ oppoſitũ cõcedendũ eſt ↄñs pro parte ꝑma.ſi 2°
mõ neganda eſt conſequentia.nam eſto ꝙ nõ cognoſcat
diſtincte quãlibet parteꝫ magnitudinis ⁊ temporis:põt
tñ cognoſcere ꝙ in tãto tempore pertranſit totũ ſpatiũ.
¶ Ad 3m ↄcedo ↄñs.dico.n.ꝙ quilibet angelus per quã/ Ad 3m
tũcũq; finitum ſpatium poteſt ſe mouere in inſtanti ſu/
mendo mouere cõiter ⁊ large.nec eſt neceſſarium quãli
bet virtutem maiorem in quolibet effectu poſſe ſupera/
re minorem.verbi gratia.corpus luminoſius non veloci
us aut citius determinatam partem medij illuminare
poteſt q̃ põt minus luminoſum.cum minus luminoſuꝫ
poſſit in inſtanti.ſimiliter ſi vacuuꝫ foret:ſicut poſſibile
eſſe per potentiam dei ſaltem qlibet catholicus hꝫ cõce
dere:qđlibet graue per quãtãcũq; finitã diſtantiam de/
ſcenderet in inſtãti.etiaꝫ ſm ꝑncipia iſtius doctoris.nec
citius deſcẽderet grauius q̃ minus graue.ſufficit autẽ
ꝙ in aliquo effectu excedat.⁊ ſic eſt in exẽplis datis.naꝫ
⁊ ſi maius luminoſuꝫ nõ citius illuminet q̃ minus:ma/
iorem tamẽ partẽ medij ⁊ intenſius illuminat q̃ minus
luminoſum.ſimilr̃ q̃uis grauius nõ ſuperet in mouẽdo
ſe ſuppoſito vacuo corpus minus graue ſuperat tñ ipſuꝫ
in mouendo ſe per mediũ plenum.ſic in ꝓpoſito dico ꝙ
angelus fortior in mouendo ſe non ſuperat debiliorẽ:tñ
ſuperat in mouendo aliquod corpus.naꝫ maius corpus
poteſt mouere ⁊ idẽ vel equale velocius ⁊ hoc ſufficit.
probatio autem ꝓcedit de actionibus tpaneis non ſubi/
tis.¶ Per iſta patet ad quartum.fundatur.n.ſuper fal/ Ad 4m
ſo.ſ.ꝙ ſit dare certum tempus in quo angelus per certã
diſtantiam poteſt ſe mouere.¶ Ad 5m loquendo de aĩ/ Ad 5m
ma ↄiuncta vt videtur ꝓcedere arg.ↄña nõ valet.Scðo
dico ꝙ qcquid ſit de ↄñe.illud tñ dcm̃ phĩ nõ ꝓbat ipm
eẽ falſum.naꝫ phs loquitur de moto diuiſibili ⁊ quãto
ſicut manifeſte patet per totum ſuum proceſſum ibidẽ.
⁊ ſimilr̃ in principio.7.vbi incipit de tali mã loqui.⁊ ac T.cõ.ꝑ.
cipit moueri ex ſe iuxta ſenſum datum in precedenti.q.
reſpondendo ad primã obiectionem tertij articuli.Ter
tio dico ꝙ eſto ꝙ conſequens eſſet contra phm̃.in hac tñ
parte nõ eſſet ponderanda eius auctoritas.ratio eſt:qm̃
artificioſitatem:quoniã ſicut dicit Phs pmo phicoꝝ. T.c.74
Maxime ꝓprie dicimus medicũ aliqđ facere:aut pati ſi
ſm ꝙ medic⁹ h̃ patiaꝛ aut faciat.⁊ Comẽ.ibi dicit ꝙ paſ Cõ.74.
ſio aut actio nõ attribuunꝛ rei ꝑ ſe niſi ſm ꝙ eſt illud cui
attribuunꝛ:⁊ intentio eſt ꝑdicatio q̃ eſt ꝑ ſe.h̃ eſt ꝙ in lo
cutione artificiali.⁊ maxime ꝓpria cum actio aut paſſio
attribuunꝛ alicui intelligiꝛ ꝙ cõpetat illi inquantũ tale.
Si h̃ inquam attendamus nõ eſt cõcedendum ꝙ hõ in
telligit per voluntatẽ aut ꝙ itellect⁹ vult:q̃ꝛ ꝑꝑ dĩaꝫ cõ
notatoꝝ iſte nõ ſunt per ſe ad intellectũ premiſſuꝫ.q̃ꝛ nec
intellectus inq̃ꝫtum intellectus vult:nec hõ inq̃ꝫtuꝫ intel
ligit vult.Et ob hãc cãm auctores intelligendi ſunt tales
locutiones negare:nõ q̃ꝛ ſint falſe:ſed q̃ꝛ nõ ſunt locutio
nes per modũ artis ⁊ ſciẽtie.¶ Ad auctoritatẽ Augu.di Ad z^m
co ꝙ illis terminis memoria intelligentia ⁊ volũtate vti 15.đ tri.
tur pro actib⁹.⁊ ſm h̃ maxime pꝫ dĩa quaꝫ intendit:q̃m

quelibet pſona diuina eſt ſua memoria ꝛ intelligentia ꝛ voluntas. Et memoria ē intellectiua ſeu intellectio ꝛ volitio. in nobis aūt nō ſic. Uel poteſt dici ꝙ ſi accipit̄ p potentia ponit illas negatiuas deuitans affirmatiuas oppoſitas non tanq̄ falſas: ſed tanq̄ inartificiales. mihi tn̄ prima ſolutio magis placet: eo ꝙ plene pȝ ex textu. ¶ Ad

Ad 3m 3m dico ſimilr ꝙ illa accipit̄ pro actibus. ꝛ iſtud clarū eſt ſatis: eo ꝙ illō vocabulū charitas nunq̄ ↄſuetū eſt poni

ad ↄfir. pro aliqua po° anime. ſed tn̄ pro actu vel habitu. ¶ Ad illud qḋ addit̄ de plurali locutione dōm: ꝙ locutio vtiqȝ eſt impropria: vſitata tn̄ eſt ad explicandū diſtincte multa in que poteſt: ſeu ꝙ ipſa eſt multe potentie per equiua

cap. 26. lētiā. a ſili ēt Aug. 9. ſuper geñ. dicit pluraliter. video abſconditas eſſe quorūdā factoꝝ cauſas: tn̄ cuȝ ipſa ſimpliciſſima ſua voluntas vnica ſit oīuȝ cā p̄ma: ſed ꝓpter ei⁹ diuerſos effectus pluralr cauſas eius dicit: ſic docet magiſter. 18. d. hui⁹ ſcdi. Et ſm hūc ſenſuȝ ego loquor ſicubi

cap. 17. me contingat circa iſtā mām ſic loqui. Qḋ Augu. dicit h̄ tria nō debet mouere. nā in. 15. de tri. de intelligentia memoria ꝛ volūtate in deo loquens dicit ꝙ oīs tria h̄ oēs ꝛ ſingule pſone hn̄t nec diſtant in eis: ita ꝙ dicit illa tria. ꝛ

Ad 4m cū hoc dicit ꝙ nō diſtinguunt̄: ſicut ꝛ verū eſt. ¶ Ad Anſel. ꝛ Magiſtrū ſimul quāuis aliqui conent̄ eos exponere. dico tn̄ ꝙ mihi apparet eos fuiſſe illi⁹ opi. ſicut ꝛ multi alij ſollēnes doctores. q2 tn̄ Aug. videt̄ mihi eis ↄ̄trius. nec neceſſitatē video ponēdi h̄ diſtōnem: idcirco teneo

Ad arm p̄ncipa. oppom ſalua ſemper alioꝝ reuerētia. ¶ Ad primū argumentū. q. pȝ reſponſio in articulo p̄cedenti. ¶ Ad ſcōm dico ꝙ Aug. accipit illa pro actib⁹ nō pro potentijs. ꝛ hoc etiam coguntur concedere alij: cū ipſi non ponant ꝙ memoria ꝛ intellect⁹ ſint due potentie realiter diſtincte.

¶ Diſtinctionis. XVIII. Queſtio. I.

Super diſtinctionē. 18. in qua Magiſter agit de formatione mulieris ex coſta viri. Quero vtruȝ ex coſta illa abſqȝ alteri⁹ materie additamento fuerit corp⁹ Eue formatū. arguit̄ ꝙ ſic. ¶ Pri

p̄m mo auctoritate Magiſtri in diſtinctione p̄ſenti dicentis ꝙ de ſola ipſius coſte ſubſtantia ſine omni extrinſeco additamento per diuinā potentiam multiplicata mulieris corpus eſt factum.

Oppom Ad oppoſitum arguit̄: q2 ſi ita fuiſſet ſequeretur ꝙ corpus p̄me mulieris fuiſſet multo rarius corporib⁹ aliarū: qḋ nō ē credēdū. ↄña declaratur. nā quanto in eadeȝ extēſione mā eſt paucior tanto eſt rarior. igitur ſi ex ſola mā coſte ē corpus eue formatuȝ tanto fuiſſet rarius corpore viri ꝙ plures portiones māe eq̄les portioni māe que fuit in coſta illa fuerūt in tanta q̄ntitate corpis viri q̄nta fuit tota ſtatura mulieris. Sed conſtat ꝙ multo plures portiones tales fuerūt: eo ꝙ nō nimis excedat in ſtatura corpis vir mulierē. Sȝ conſtat ꝙ corpora aliarū mulierū poſito ꝙ ſint corpibus viroꝝ rariora. non tn̄ ſm tm̄ exceſſum. igitur corpus eue

parte. 6. c° penul fuiſſet multo rarius q̄ ſint corpora aliarū mulierū. Dee eſt opi. Magiſtri ꝛ Ugo. de ſa. li. p̄ ad ptē affirmatiuaȝ: ꝛ vtriuſqȝ rō eſt. q2 ſi de⁹ ad pficiēdū mulieris corpus aliā māmm addidiſſet magis fuiſſet illud additū q̄ coſta. ꝛ p ↄñs poti⁹ ex illo q̄ ex coſta corpus mulieris dici factum debuiſſet. Scriptura aūt geñ. 2° dicit. Edificauit deus coſtā quā tulerat de adā in mulierē. nec de alia mā fac̄ mētionē. Poſſibilitatē autē h̄ ꝓbant ex illo miraculo chr̄i quo de qnque panibus ſua bñdictione multiplicatis qnque millia hominū ſaturati ſunt. ſic̄. n. fuit poſſibile deo illos panes in tot plures multiplicare abſqȝ alio additamēto: ſic fuit poſſe illā coſtā ad maiorē q̄ntam voluit magnitudinē trahere abſqȝ oī additamēto. ¶ Pro declaratiōe hui⁹ pōnis diſtinguit Ugo ſex opa: qb⁹ vt ait: ſiūnt q̄cūqȝ ſiūt. vnū ē opus creatiōis. cū. ſ. de nihilo aliqd fit. Scōm ē opus multiplicatiōis: quo. ſ. de aliq̄ ſiūt aliq̄ ſȝ ſubaȝ ꝛ q̄ntitatē in maius ſeu cuȝ de aliq̄ aliqd maius fit. Tertiū eſt opus minutionis vtputa cū de aliquib⁹ aliqd fit in minus: ſeu qḋ magnū factū eſt minus. 4m eſt opus diuiſionis: quo. ſ. de aliq̄ ſiūt aliqua. nō tn̄ ſm ſubaȝ ꝛ q̄ntitatē in maius: ſed in min⁹: ſic̄ cū totū in partes diuidit̄. 5m opus eſt cōpoſitiōis vel ↄiunctiōis: cū. ſ. ex aliquibus aliquid fit. nō tn̄ ſm ſubaȝ ꝛ q̄ntitatē in minus: ſed in maius: velut cū ptes in totuȝ vniūt̄. 6m eſt opus annihilationis cū aliqd in nihilū redigit̄. Doꝝ ſex quatuor dicit eſſe ꝓpria diuine virtuti. ſ. tria prima ꝛ vltimū: quartuȝ vō ꝛ quintū dicit ↄuenire creature: cuius opus inquit recte ꝓpterea nihil eſſe dr̄: q2 per eius opus eſſentijs rerū ſiue in cōiungendo diuiſa ſiue in diuidendo cōiūcta nihil tollit̄ vel confert̄. Declarādo aūt magis opus multiplicatiōis dicit ꝙ cū de aliquo plus fit aliqd fit: q2 nihil in eo qḋ iā aliqd eſt aliqd fieret ipſum qḋ plus poſtea ibi eſt nō eſſet. ꝛ addit de opatiōe vniōis. Rurſus cū de aliqb⁹ aliqd min⁹ fit aliqd fit: q2 niſi illḋ qḋ p̄us ibi plus fuit aliquid factum eſſet in eo ꝙ minus mō eſt: illud oīno non eſſet.

¶ Iſtā opi. nō capio: ꝛ iō cōtra eā q̄tuor ↄ̄nes ꝓbo. Pri ↄ̄ magi. ꝛ vgonē

ma eſt. ꝙ īpoſſibile eſt illud opus multiplicatiōis ſic intellectū vt ponit. Scōa. ꝙ etiā op⁹ tale vniōis ē īpoſſe. Tertia. ꝙ creatura pōt in aliud opus p̄ter illa duo q̄ ſibi attribuit. Quarta. ꝙ ex coſta ade n̄ fuit ſine additamēto materie formatū corp⁹ eue. ¶ Primā ↄ̄nē ꝓbo ſic. Sit. a. no p° ↄ̄

mē alicui⁹ portiōis māe q̄ debuit multiplicari ꝛ fieri maior ſȝ ſubaȝ ꝛ q̄ntitatē. ꝛ ſit. b. nomē portiōis maioris materie in qua. a. portio multiplicata eſt. tūc ſic. aut in. b. eſt aliqd qḋ nec ē nec fuit. a. nec pars ei⁹. aut nō eſt aliqd i. b. qḋ nō ſit vel fuerit. a. vel pars ei⁹. ſi dr̄ p̄mū. igit̄. a. nō ē factū mai⁹ ſine additiōe alterius. nā additū eſt illḋ quod nec ē nec fuit. a. neqȝ pars illi⁹. ¶ p̄. Uel illḋ additamē 2m

tū fuit aliqd: vel nō. Si aliqd ꝛ nō fuit. a. nec ps ei⁹. igit̄ b. eſt factū per cōpōnē iſti⁹ ad illud qḋ eſt vel fuit. a. ꝛ ſic illud opus nō eſt opus multiplicatiōis quo ex aliq̄ ſiunt aliq̄: ſed poti⁹ eſt q̄rtū opus quo ex aliqb⁹ fit aliqd mai⁹: qḋ ſm opi. ꝛ vītatē cōpetit ēt creature. Si vō nō fuit aliqd: igit̄ ipm ē factū de nihilo: q2 ſm ipſuȝ ibidē de nihilo aliquid factū eſt qn̄ id qḋ p̄us nihil erat vt aliqd eſſet factū ē. ꝛ iſtḋ vt ſubdit ē opus creatiōis. ſi vō in. b. nō eſt aliqd qḋ nō ſit vel fuerit. a. vel ps eius. igit̄ in ipſo nihil eſt plus q̄ fuit in. a. ꝛ p ↄñs nulla multiplicatio facta eſt. nec. b. eſt maius ſm ſubaȝ q̄ fuit. a. ¶ 3°. aut. a. in hoc ope 3m

penit⁹ deſijt eē. ꝛ tūc ſequit̄ ꝙ ipm ē annihilatū. ꝛ habet̄ ſextū opus ſupra poſitū. ꝛ iterū ſequit̄ ꝙ. b. ſit factū de nihilo vt p̄us ꝛ ſic h̄ mltiplicatio nihil aliḋ erit q̄ annihilatio vni⁹ ꝛ creatio alteri⁹. aut nō penitus deſijt: ꝛ tūc vel ipſum vel aliqd eius remāſit: ꝛ tūc id qḋ remāſit vel eſt ipſuȝ. b. vel ps eius. Si eſt. b. igit̄ p hoc opus nō eſt aliqd factū qḋ p̄us nō eēt. Si aūt eſt pars ipſius. b. igit̄ aliquid aliud eſt in. b. qḋ nō eſt factū ex. a. ꝛ per ↄñs nō de aliquo facta ſunt aliq̄: ſed ex aliquib⁹ factū eſt aliqd. Scōa ↄclu 2a ↄ̄

ſio ꝓbat̄ q̄ſi eiſdē motiuis: mō tn̄ ↄuerſo. vn̄ ſi ex. b. que fuit portio magna māe ponat̄ facta eē portio minor que ſit. a. quero aut in. b. fuit aliqd qḋ nō eſt. a. nec ps. a. ꝛ hoc eſt ↄ̄ dictuȝ opi. vltimo allegatū. Et p̄terea ſequit̄ ꝙ tale opus vnionis nō ſit aliud q̄ quedā partialis annihilatio vel deſtructio eius qḋ dr̄ fieri minus vel alicuius eoruȝ ex qb⁹ dr̄ fieri aliqd in minus vel in. b. non fuit aliqd: qḋ nō eſt. a. vel pars ipſius. a. ꝛ tūc ſequitur ꝙ. a. in nullo eſt minus ſm ſubam q̄ fuit. b. cuius oppoſitum ponit̄. ſed ſi

eſt minus

eſt minus ſm quãtitatẽ tñ eo mõ quo cũ aliqd denſatur
fit minoris q̃titatis ⁊ certe ſic de magno facere paruũ eſt
2ᵐ opus etiã creature. ¶ Scðo. aũt in tali opatione. a. penit⁹
incepit eſſe. ita ꝙ nec ipſꝫ nec aliqd eius pus fuit. ⁊ tunc ſe
quit ꝙ ipſum ſit de nihilo factũ. ⁊ per ꝯñs creatũ ⁊ ipſuꝫ
b. ſit annihilatũ. ⁊ tale opus vnionis non aliud ſit q̃ vnũ
magnũ quid annihilare. ⁊ vnũ qd minus creare. aut ipſũ
vel aliquid eius prius fuit. ⁊ ſi ipſuꝫ. a. prius fuit. igiť nõ
eſt factũ ꝑ hꝫ opus. Si võ nõ ipſuꝫ: ſꝫ aliquid eius vel il-
lud qð prius fuit: fuit ipſum. b. vel fuit ps ipſius. b. ſi fuit
b. igiť in ipſo. a. eſt plus q̃ b. ⁊ per ꝯñs nõ eſt factũ aliqd
minus ſm ſubam ex magno. ſed ex paruo magnũ: nec ex
aliqbus aliquid: ſed potius ex aliquo aliqua. cui⁹ oppoᵐ
3ᵐ dr. ¶ 3º. cõiter ꝑ vtraqꝫ ꝯne arguo. ſiue enĩ ex. a. fiat. b. ꝑ
multiplicationẽ ſiue ecõ ex. b. fiat. a. ꝑ vnionẽ. q̃ro aut mã
ex qua fit deſinit eẽ. ⁊ tũc mã que fit: fit ex nihilo ⁊ creať
aut deſinit eẽ: ⁊ cũ in neutro mõ factiõis ſm poſitionem
iſtaꝫ aliqua portio mãe creeť vel annihileť: ſequitur ꝙ
eadeꝫ ipſa mã pmo eſt illa que fit ⁊ ex q̃ fit. qð ẽ impoſe.
Rño. ¶ Ad iſtud põt reſponderi ſm eũ: ꝙ iõ dr ex hac fieri il-
la: qꝛ h̃ fit illa. ⁊ tũc h̃ qdẽ deſinit eẽ qð eſt: ſed tñ nõ deſi-
nit eẽ: qꝛ incipit eẽ illa q̃ vtiqꝫ eſt aliqd. ⁊ iõ ipſa nõ an-
nihilať: nec illa que fit de nihilo: qꝛ priuſq̃ fieret fuit ali-
quid. Sed nõ fuit illud qð ipa fuit. nec etiã de aliquo: qꝛ
ipſa deſinit eſſe qð prius ipſa fuit. ⁊ hec ſolutio poſſet ſa-
tis applicari ad pcedentes ẽt rõnes. Trahiť aũt hec ſolu-
tio ex his verbis que ſunt iſta. Cũ duo ſint. vnũ fit aliud.
⁊ tranſit in illud. vt ſit illud. ⁊ deſinit quideꝫ eſſe qð eſt. ⁊
tñ nõ deſinit eſſe: qꝛ incipit eſſe qð nõ eſt. ⁊ cũ fit illud qð
eſſe incipit. fit aliqd: qꝛ illud aliqd eſt qð eſſe icipit. ⁊ qð
fit. ⁊ tñ nõ de nihilo illð fit qð fit: qꝛ prius q̃ h̃ fieret ali-
qd fuit. nec rurſuꝫ de aliquo id fit qð fit: qꝛ deſinit eẽ qð
miſſo. prius fuit: qñ eſſe icepit h̃ qð prius nõ fuit. h̃ ipſe. ¶ Pri-
mo ꝯ illud dictum. ipſa deſinit eſſe qð eſt. ⁊ tñ nõ deſinit
eſſe. illud enĩ eſt in itelligibile mihi. nã q̃uis aliq̃ res poſ-
ſit deſinere eſſe q̃lis aut q̃ta eſt: eſto ꝙ nõ ſil̃ deſinat eſſe.
verbi grã. corpus albũ ⁊ bicubitũ poſſit deſinere eẽ albũ
⁊ bicubitũ: ⁊ ſic de ceteris q̃ de ipſo accñtalr ⁊ ꝯtingẽter
pdicanť. eſto ꝙ nõ deſinat eſſe. ipoſſibile tñ eſt ꝙ ipſum
deſinat eſſe id qð ipm eſt: ⁊ tñ nõ deſinat eſſe. Ipſuꝫ eniꝫ
nõ ẽ niſi ipſuꝫ. cũ igiť ipoſſibile ſit eẽ ipſuꝫ nõ ipſuꝫ. ipoſ-
ſibile eſt ipſuꝫ deſinere eſſe ipſuꝫ: qn ipſuꝫ deſinat eſſe. ⁊
ita vlr eſt in oibus: qm̃ nulla entitas eſt niſi ipſa vt ſocra-
tes nõ eſt niſi ſocrates. ⁊ mã nõ eſt niſi mã: ⁊ ſic de ſingu-
lis. Impoſſibile igitur eſt ſoꝛ. deſinere eſſe ſoꝛtẽ: quin ſoꝛ.
deſinat eſſe. ⁊ ita ipoſſibile eſt hãc mãm deſinere eẽ hãc
Cõfir. mãꝫ. ⁊ illð qð ipſa eſt quin deſinat eſſe. ¶ P̃. Demõſtre-
tur illud ipſum preciſe qð eſt hec mã. a. aut h̃ deſinit eẽ.
⁊ habeť ppoſitũ. aut nõ deſinit eẽ. igitur h̃ erit poſt hoc
inſtans. ⁊ tunc ſequitur ꝙ eodẽ ipſo penitus demonſtra-
to. verũ erit poſt h̃ inſtans dicere h̃ eſt: qꝛ ſi nõ: ſed tñ de
alio ab iſto erit verũ dicere h̃ ẽ. ſequitur ꝙ nũc nõ vere
dr de ipſo h̃ erit: qm̃ de ipſo vere diceť ꝙ erit preciſe: qꝛ
quoddã alið ab alio erit. alias ⁊ de eo qui nũc annihilať
ſupponať ꝙ nũc aliqd annihileť nũq̃ amplius recrean-
dum: eſſet verũ dicere ꝙ ipſum erit: ⁊ ꝙ nõ deſinit eẽ. nã
quoddã aliud erit. qð nullus diceret. Si aũt eodẽ penit⁹
demõſtrato vere diceť hoc ẽ. igitur tũc etiã vere diceť h̃
eſt: hoc eodẽ penitus demõſtrato ꝑ pmũ: qð demõſtrať ꝑ
ſcðm. alioqn eſſet aliud ab h̃: ⁊ ſic alið a ſoꝛ. Si autẽ iſta
erit vera. hoc eſt hoc. igiť h̃ nũc eſt vera. h̃ erit hoc. ⁊ per
ꝯñs de pmo ad vltimũ: ſi h̃ nõ deſinit eſſe: hoc nõ deſinit
eſſe hoc. ex quo vlteri⁹ ſequiť ẽt ꝙ nõ icipit eẽ alið. alias
2º ꝯ rñ. ſil̃ erit hoc ⁊ aliud q̃ hoc: qð nõ contingit. ¶ 2º ꝯ alið di-
ctum. ſ. ꝙ illa que fit pus q̃ fieret fuit aliqd. ſi enim fuit

aliquid. ⁊ cõſtat ꝙ nõ fuit aliud q̃. a. ſuppoſito ꝙ. b. ſit il-
la que fit. igitur. b. prius fuit. a. igiť. b. prius q̃ fieret fuit:
qð eſt falſuꝫ. Item ſi. b. pus fuit. a. igiť. a. pus fuit. b. ipoſ-
ſibile enĩ ẽ in terminis mere abſolutis ⁊ cõnotatis: q̃les
ſupponunť iſti eẽ talẽ ꝯñam ipedire. Si ãt. a. pus fuit. b.
igiť nõ mõ fit. b. aut trãſit in. b. Et pterea ſi. a. pus fuit. b.
eadẽ rõne ⁊ nũc. a. eſt. b. ⁊. b. nõ ẽ alið ab. a. ¶ P̃. Si. b. fu- Cõfir.
it. a. ſiue illð qð eſt. b. fuit. a. qð dico: qꝛ aliq ſequẽtes pre-
miſſaꝫ opi. dant hãc ſcðaꝫ: ⁊ nõ pmã. igiť illð ipſuꝫ qð fu-
it. a. eſt. b. ⁊ hãc ẽt cõcedũt. ſꝫ ſi ſic. igiť ipoſſibile eſt deuꝫ
reparare idẽ nũero. a. qn deſtruat ipſuꝫ. b. ꝯñs eſt falſum.
ꝓbo ꝯñaꝫ: qꝛ ſi de⁹ põt reparare. a. nõ deſtruẽdo. b. h̃ pci-
ſe erit recreãdo ipſuꝫ. a. qꝛ nõ ꝑ recõuerſionẽ vel trãſitio-
nẽ ipſi⁹. b. in. a. qm̃ tũc. b. deſtrueretur. Sꝫ ꝙ nõ poſſit ꝑ re-
creationẽ ꝓbo: qꝛ ſm opi. a. nõ eſt redactũ i nihil. igiť nõ
põt recreari ſicut nec creari: niſi pus redigať i nihil: ⁊ nõ
põt redigi ad nihil niſi prius ipſuꝫ habeat eẽ: vel ipm. b.
redigať in nihil: ⁊ per ꝯñs deſtruať. ¶ P̃. Si põt recrea- Cõfir.
ri ponať in eẽ. h̃ poſito verũ eſt dicere ꝙ idipſum penit⁹.
qð fuit. a. mõ eſt. a. alias nõ eſſet idẽ nũero. a. ſꝫ ꝑ ꝯceſſum
ẽt idipſuꝫ qð fuit. a. eſt mõ. b. ex quo ſequiť ꝙ idipſuꝫ ſin-
gulare demõſtratũ mõ eſt. a. ⁊ eſt. b. ⁊ per ꝯñs. b. nõ ẽ alia
eſſentia q̃. a. ac ꝑ hoc nec cũ. a. fieret. b. fiebat alia eſſentia
q̃ erat: ⁊ ſic nõ deſinebat eſſe illud qð erat. cõtra datũ ab
opi. ¶ Rurſus ꝯſtat ꝙ. a. fuit q̃dã eẽntia ſingularis nul-
lis realr inter ſe diſtinctis cõis: ſicẽ ⁊ mõ nõ eſt cõis aliq-
bus plurib⁹: igiť ſi ipſa ẽ illud ipſuꝫ qð fuit: omne qð fuit
ipſa mõ factũ eſt ipſa. ⁊ per ꝯñs id qð eſt. b. eſt factũ. a. igi-
tur. b. trãſiuit in. a. ⁊ eſt deſtructũ. Qꝛ aũt ꝯñs illud falſuꝫ
ſit puto ꝙ nullus negaret. ꝓbo tñ: qꝛ ponať ꝙ poſtq̃. a. fa-
ctũ fuit. b. ⁊ alia portio mãe: videlꝫ. c. ſit facta. a. ⁊ ſilr q̃dã
alia portio: vt. d. ſit facta eadẽ ipſa portio. b. totũ. n. h̃ poſ-
ſibile ẽ ſm viã illã h̃ poſito ſi. a. nõ põt reparari quin de-
ſtruať. b. h̃ iõ pciſe erit: qꝛ. a. nõ põt reparari niſi fiat ex
b. niſi. b. vel id qð eſt. b. ⁊ fuit. a. retrãſeat in. a. igiť hoc fa-
cto. c. repari nõ poterit niſi deſtruať. a. in qð trãſiuit. b. ⁊
ꝑ ꝯñs id qð fuerat. c. ⁊ ꝑ ꝯñs ipoſe erit vt ſil̃ ſint in reruꝫ
nã. a. ⁊. c. ⁊ idẽ iudiciũ ẽ de. d. ⁊ alijs quotcũqꝫ trãſiuiſſent
in. d. Hoc aũt oino abſurdũ ẽ cũ nõ hẽant incõpoſſibilita-
tẽ ad eſſe ſil̃ in rerũ nã nõ plus q̃ hẽrẽt ante ſuos trãſit⁹
in. d. ¶ P̃. ſm opi. ex vno pñt ꝑ multiplicationeꝫ multa Cõfir.
fieri. ponať ḡ ꝙ ex. a. fiãt. b. c. d. h̃ poſito verũ ẽ dicere ſꝫ
opi. ꝙ idipſuꝫ totũ qð fuit. a. ẽ. b. ⁊ eadẽ rõne ẽt idẽ ipſuꝫ
totũ qð fuit. a. eſt. c. ⁊ ſilr idẽ ipſuꝫ eſt. d. ⁊ ſic idẽ ipm oio
eſt. b. c. d. ⁊ ꝑ ꝯñs nõ ſunt multa adinuiceꝫ cõnumerata. ⁊
hec rõ ſpãliter facit ꝑ prima ꝯne. ¶ P̃. Ponať ecõ ꝙ ex Cõfir.
aliqb⁹ diſtinctis fiat vnũ ꝑ opus vnionis: vt ex. c. d. b. fiat
a. ſequiť ꝙ illð ipſuꝫ qð ẽ. a. fuit. b. ⁊ fuit. c. ⁊ ẽt. d. ⁊ ꝑ ꝯñs
vel. a. nõ eſt vnũ tale: ſꝫ plura vel illa nõ fuerũt plura: ſed
vnũ cui⁹ vtriuſqꝫ oppoᵐ poniť. ¶ Ultimo aliud dictũ. ſ. 3º ꝯ rñ.
ꝙ id qð fit deſinit eẽ qð pus fuit qñ eẽ icipit h̃ qð prius
nõ fuit fundari videť ſup falſa imaginatiõe: ſalua reuerẽ-
tia ſemꝑ ei⁹. videť enĩ imaginari ꝙ ſicut qñ aliqd albuꝫ
fit nigrũ ẽ ibi aliqð cõe ſubiectũ: qð ſil̃ deſinit eſſe albũ ⁊
incipit eſſe nigrũ. ſic in tali trãſitu eſſentie in eſſentiã: vel
mãe vnius in aliã fit aliqd cõe. qð pus eſt h̃ eſſentia: ⁊ po-
ſtea eſt alia eſſentia: ſꝫ illa imaginatio nõ eſt vera: qm̃ nõ
ſic ẽ aliqd: id qð ẽ ꝑ aliqd a ſe diſtinctũ qð ſit in ipo: ſicut
aliquid eſt albũ per aliqd qð nõ eſt ipſum: ꝯtñs tñ in eo.
¶ P̃. Ita poſſet argui de illo cõi imaginato qð prius eſt Cõfir.
hoc ⁊ poſtea illud. nã cũ id nõ minus ſubſit diuine poten-
tie q̃ hec materia vel illa: ita ipſuꝫ poterit diuina opera-
tione tranſire in quoddã aliud ſicut hec mã: ⁊ tũc vel ipſꝫ
etiã reſolueť in quoddã aliud cõmune ſubiectuꝫ: ⁊ ſic in
infinitũ ipſuꝫ trãſeundo in aliud ſicẽ deſinet eſſe illud qð

3ᵘ ꝯ eſt ita deſinet eſſe ſimplr. ¶ Tertia ꝯcluſio facilr ꝓbaꝛ.
nã creatura põt in opus gnõnis ⁊ in opꝰ alteratiõis. ⁊ cõ-
ſtat ꝙ nec gnõ nec alteratio eſt diuiſio alicuiꝰ totiꝰ in par
tes: nec ꝯiũctio pluriũ ptes diſtinctoꝝ in vnũ. Et ſi fieret
calũnia de cõpoſito dicẽdo illõ fieri ꝑ vnionẽ mãe ⁊ for-
me: q̃uis h̃ nõ eſſet ſm intẽtionẽ opi. De ipſa aũt forma
hoc nõ põt dici. ⁊ tñ illã facit creatura: occurrẽte tñ actio
ne dei: ſicut ẽt nõ niſi deo coagente põt aliq̃ diuidere vel
cõiungere. vñ vt videꝛ Ugo. in hac parte fuit illiꝰ antiq̃
opi. reprobate ꝑ Phm: q̃ poſuit generationẽ ⁊ corruptio-
nẽ nõ fieri: niſi ꝑ cõgregationẽ ⁊ diſiũctionẽ quoꝝdã cor
poꝝ minimoꝝ. Que ẽt corpa mĩma vocata athoma ipſe
4ᵘ ꝯ in eodẽ. c. ponit. ¶ Quartã ꝯnẽ ꝓbo. q: vel illa eadẽ nũe-
ro mã coſte fuit in corpe mulieris ſeu corpꝰ mulieris. aut
nõ. nõ põt dici ꝙ nõ: q: tũc nõ illã coſtaꝫ quã tulerat deꝰ
de adã edificaſſet in mulierẽ: vt dicit ſcriptura: ſed quan
dam aliã mãm. P. ex h̃ magis habereꝛ ꝙ nõ ex illa pci-
ſe ſine additamẽto fuiſſet mulier formata. Si vo eadem
mã numero fuit in corpore vel corpus mulieris. aut ipſa
fuit tota mã mulieris. ⁊ tũc ſequiꝛ ꝙ q̃libet ps corporis
mulieris fuit pars illius mãe coſte. ⁊ ꝑ ꝯñs nihil plus de
mã ſm ſubaꝫ fuit in corpe mulieris q̃ꝫ in coſta. ex quo vl
terius ſequiꝛ: ꝙ per ſolã rarefactionẽ tracta eſt ad tantã
magnitudinẽ ſicut pꝫ ex. 4ᵒ phyſi. cui cõſonat dictũ Aug.
c. vlti. 10. ſuꝑ geñ. vbi ꝯtra Tertullianũ ait. qd abſurdius q̃ꝫ pu
tare nullũ eſſe corpus manẽte nãe ſue q̃titate: qõ vndiq̃ꝫ
creſcat niſi rareſcat. Et ſi ſic fuiſſet ſequiꝛ ꝙ corpus mu-
lieris multo fuiſſet rariꝰ q̃ꝫ corpꝰ viri: ⁊ q̃ꝫ ſint corpa alia
rũ mulierũ: qõ eſt falſuꝫ. aut ipſa nõ fuit tota mã mulie-
hec. p. ris. ⁊ habetur ꝓpoſituꝫ. ¶ Dico igiꝛ ꝙ ex illa mã coſte ⁊
alia ẽt vel nouiter creata vel ꝑextrĩce ĩ alijs rebꝰ ſicut deo
placuit formatũ eſt corpus mulieris. nec tñ ꝑꝑ hꝰ additã
mentũ mãe nõ debuit dici ex ea factuꝫ corpus mulieris:
cũ ẽt nõ obſtãte ꝙ nõ ex ſola mã ſemĩs in terra iacti ge-
nereꝛ plãta: adhuc dicimus ꝙ ex ſemine plante generaꝛ.
Cur aũt de illa potius q̃ꝫ de alia facta ſit mentio: eadẽ rõ
eſſe põt qua ⁊ illã coſtam voluit de viro ſumere vt ex ea
partialiter formaret mulierẽ: ⁊ eſt multiplex myſtica ſi-
gnificatio quã magiſter ponit in lr̃a. ⁊ ita ẽt innuit Augu.
cap. 19. 9. ſuper geñ. ⁊ per hoc patet ſolutio ad rationem poſitis.
de ꝑuis ¶ Ad illud de panibꝰ euangelicis etiã dico ſicut alij do-
ctores dicũt ꝙ nõ ſine additamẽto alterius mãe illa pa-
nuꝫ multiplicatio fcã ẽ. Auctoritas vo Magiſtri ⁊ Ugo.
in hac parte cõius nõ recipiꝛ ſicut nec aliud dictũ coꝝ
huic ſimile: qõ ponit Ugo ibidẽ ⁊ Magiſter. di. 30. huiꝰ
ſecũdi: videlicet ꝙ id ſolũ ſubſtantie paterne qõ in gene-
ratione deſcindit ſine additamẽto alterius ſubſtantie in
ſeipſo multiplicatur ⁊ creſcit ad perfectã filij q̃titatem:
ita ꝙ nec aliquid alimentoꝝ conuertiꝛ in ſubſtantiã eiꝰ.
huius enim oppoſitum tenent doctores cõmuniter.

¶ Diſtinctionis. XXIIII. ⁊ XXV. Queſtio. I.

CIrca di. 24. ⁊ 25. ĩ quibus Magiſter
tractat de li. ar. hominis. Quero
pᵐ primo vtrũ actuũ li. ar. voluntas hominis
ſit cauſa imediate ꝓductiua. ⁊ videꝛ ꝙ nõ
q: ſi eſſet ſic cã. aut eſſet cã actuũ imꝑato-
rũ ꝑ li. ar. aut elicitoꝝ. nõ imꝑatoꝝ: q: ta-
liũ volũtas nõ eſt pnᵐ niſi mediante actu
ſuo elicito q ẽ velle vl̃ nolle. ⁊ per ꝯñs nõ imediate pnci
piat illos. Itẽ nec elicitoꝝ: q̃m tales imediate recipiunꝛ
in ea ſubiectiue: ⁊ illã informãt. ⁊ ꝑ ꝯñs ſi voluntas ime
diate tales actus ꝓduceret ipſa moueret ſeipſam ad for-
mam talẽ. h̃ aũt eſt ꝯ Phm q vbiq̃ꝫ vult ꝙ nihil mouet
cap. 30. ſeipſum pmo. Item contra Aug. z. de li. ar. dicentẽ. nulla
res ſeipſam formare poteſt: ⁊ probat. quia nulla res po-
teſt dare ſibi quod non habet: ⁊ vtiq̃ꝫ vt habeat formam
formatur aliquid. Quapropter quelibet res ſi quam ha-
bet formã non ei opus eſt accipere quod habet. ſi quã vo
formã non hꝫ nõ poteſt a ſe accipere quod nõ habet. nul-
la ergo res vt dicimus formare ſe poteſt. hoc ipſe.

Sed in oppoſitum eſt. q: idẽ ipe ait. 5. de ci. Oppoᵐ
dei. volũtates inquit no- cap. 10.
ſtre faciant quicqd volendo facimus: qõ nõ fieret ſi nol-
lemus. omneꝫ aũt actum li. ar. volendo facimus: ⁊ nullus
fieret ſi nollemus. igiꝛ omnẽ hꝰ actuꝫ noſtre voluntates
faciunt: ſed actum elicituꝫ nõ faciunt mediante. alias hꝰ
actus in infinitũ ſeipſos preſupponerent: ⁊ non dareꝛ ali-
qs pmus ⁊ imediate elicitus. igitur imediate talis actus
a voluntate ꝓducitur. ¶ Iſta qõ ſupponit hominẽ aliq̃
agere per li. ar. qõ quidẽ cum per experientiã notũ ſit nõ
põt per aliquid euidentius demõſtrari. ꝓbaꝛ tñ cõtra id
negãtes: ducendo ad q̃dã que ſm oẽs vſum rõnis hñtes
falſa ⁊ inconuenientia indicanꝛ: vtpote: q: ſi nihil homo
per li. ar. agat fruſtra erit omne humanum conſilium: vt
deducit Dam. li. z. nullus pro ſuis actibus merebiꝛ penã cap. 26.
vel premiũ. vt oſtẽdit Aug. z. de li. ar. ⁊ multa alia ſequũ cap. z.
tur abſurda. P. vt idem dicit in de grã ⁊ li. ar. circa pnci-
piũ diuina ꝑcepta homini non prodeſſent niſi haberent
liberũ ar. volũtatis q̃ ea faciẽs ad pmiſſa pmis ꝑueniret:
demũ h̃ repugnat innũerabilibus q̃ſi auctribꝰ ſacre ſcri-
pture: ſicut ibidẽ declarat Aug. ⁊ iõ ipſe in ꝓnoſticon re-
ſpõſiõe 3ᵒ. liberũ ingt arbitriũ hoĩbꝰ eſſe certa fide credi
mus ⁊ pdicamꝰ indubitanter. ¶ Hoc igitur ſuppoſito re
ſtat videre de queſito: vtrũ videlꝫ actũ li. ar. voluntas ſit
imediata cã ꝓductiua. ⁊ intelligẽda eſt qũo nõ de actibꝰ
imꝑatis a volũtate: q̃m ꝯſtat ꝙ taliũ nõ ẽ cã niſi mediã-
te iꝑerio qõ ẽ actꝰ elicitꝰ. ſꝫ de actibꝰ libere elicitis de qbꝰ
ĩtellecta qõne pono ꝯnes tres. ¶ Prima ẽ ꝙ taliũ actuũ pᵃ ꝯ
voluntas eſt imediata cauſa ꝓductiua. ¶ Scda. ꝙ eorũ
nõ ſola volũtas eſt imediata cã ꝓductiua: ſed cum ea cõ
cauſat notitia obiecti. ¶ Tertia. ꝙ hꝰ actꝰ volũtatis obꝫ
nõ eſt inq̃ꝫtũ obiectũ imediata cã ꝓductiua. primaꝫ ꝓbo
pmo ſic. hꝰ actꝰ ſunt imediate in poteſtate volũtatis. igiꝛ
coꝝ volũtas eſt imediata cã ꝓductiua. añs ꝓbaꝛ. naꝫ ꝙ
ſint in ptãte volũtatis pꝫ: tũ q: ſi nõ ſeqtur ꝙ nullus actꝰ
ſit in ptãte eiꝰ. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑit li. ar. pꝫ ꝯña: q̃m q̃libet aliꝰ actꝰ
extñs in nr̃a ptãte: iõ pciſe dr̃ eẽ ĩ ptãte q̃m noſtrã ſeqtur
volũtatẽ iuxta id Aug. ṗ retrac. hoc eſt in ptãte qõ cũ vo- cap. 22.
lumus facimꝰ: ⁊ iterũ in ptãte noſtra nõ eſt niſi qõ nr̃am
ſequiꝛ volũtatẽ. igiꝛ ſi volũtas ipſa ſeu volitio non ſit in
noſtra ptãte: nec actꝰ ꝯñs eã erit in noſtra ptãte. ¶ Cõfir Cõfir.
maꝛ: q̃m ipſa volitio nõ ẽ cã libera. ſꝫ mere nãlis alteriꝰ
actꝰ. vñ ea poſita cũ ceteris reqſitis neceſſario ſeqꝛ actꝰ.
verbi grã. ſi ſit potentia motiua ſufficiens: ⁊ nõ impedita
poſitis ceteris reqſitis ſi adſit volitio efficax mouẽdi ne-
ceſſario ſequiꝛ motꝰ: nec eſt ĩ ptãte noſtra vt ex iſtis ſtãti
bꝰ nõ ſequaꝛ. ſi igiꝛ volitio nõ ſit ĩ ptãte nr̃a: nec aliꝰ actꝰ
erit in noſtra ptãte. tũ ẽt per locũ a minori. q̃m vt ibi pro-
xime dicit Aug. nihil tã in ptãte q̃ꝫ ipſa volũtas eſt. ⁊ ĩfra
li. z. c. pmo. non dicimꝰ inquit eſſe in ptãte noſtra niſi qõ
cũ volumus fit: vbi ptes ⁊ maxĩe eſt ipſum velle ſine vllo
quippe interuallo tpis pſto eſt volũtas ipſa cũ volumus.
igitur ſi volitio non ſit in noſtra ptãte: multo magis nec
aliqd aliõ. pꝫ ergo ꝙ tales actus ſunt in ptãte volũtatis.
Qꝫ aũt imediate clarũ eſt cũ nõ ſit aliqs alius actus pꝛ.
aut qcq̃ꝫ aliud quo mediante voluntas habeat in ptãte
ſuũ actũ vt notũ eſt. Et ꝯfirmaꝛ ex dictis. q: iã illud eſſet Cõfir.
magis in ptãte noſtra q̃ꝫ ipſa volitio: cuius oppoſituꝫ pꝫ
ex dictis. Cõſequentia ꝓbaꝛ: q: ſi ſunt imediate in ptãte
volũtatis. igiꝛ coꝝ eſt volũtas cauſa immediata: ſed nõ

mãlis tñ vel receptiua.tum qꝛ tunc aliquid aliud eſſet
īmediata ⁊ totalis cã actus volitionis:⁊ cũ nullus actus
ſit magis in ptãte patiētis preciſe ꝙ̃ agentis:ſ3 cõ ſequit̃
ꝙ actus voluntatis magis erit ptãte alterius ꝑncipij da/
ti ꝙ̃ ipſiuſmet volũtatis:qđ eſt abſurdũ.tum ẽt:qꝛ ſi eẽt
mere paſſiua nulli homini iuſte bonitas vel malitia act⁹
qđ.24. īputaret̃.d.Aug.83.q.nec peccatũ nec recte factuȝ impu/
tari cuiꝗ̃ iuſte põt qui nihil ꝓpria fecerit volũtate.Hoc
aũt nõ eſſet:niſi qꝛ tũc actus ille nõ eſſet in eius ptãte.⁊ ꝑ
ↄ̃ñs ſi eẽt illius mã receptiua nõ eẽt in ei⁹ ptãte:qđ repu/
gnat aũti.vñ oĩno irrationabilr̃ dictum apparet ꝙ actus
aliquis ſit in plena ptãte ꝑncipij paſſiui:qđ reſpectu eius
eſt preciſe paſſiuum.Si dicat̃ ꝙ volũtas:l3 nõ īmediate
producat ſuũ actũ.nõ tñ eſt preciſe paſſiua reſpectu illi⁹.
qm̃ ipſa mouet alias potentias ad ꝓprios actus ſeu act⁹
illoꝝ cauſat in eis a quibus vel a quarũ actibus cauſat̃
in ipſa act⁹ ſuus:⁊ ſic mediante ipſa eſt cauſa ſui actus.H
nõ val3:qꝛ iam actus aliarũ potentiarũ magis eſſet in po
teſtate voluntatis ꝙ̃ ipſam velle:cõtra Aug.vt ſupra ha/
2m bet̃.¶Scđo ꝓbatur eadē ↄ̃ ex intentione Aug.3°.de li.
ar.ꝑmittit eni ibi ꝙ motus culpabilis volũtatis eſt i ipſa:
⁊ mox inquit cuius eſt.vñ in perſona magiſtri:cui⁹ inqt
eſt iſte motus ꝙ̃ profecto culpandũ eſſe concedis.⁊ rñdit
in ꝑſona diſcipuli.In animo eũ video:ſ3 cuius ſit neſcio.
non igit̃ inquirit cuius eſt tanꝗ̃ ſubiecti ⁊ moti:ſed cui⁹
tanꝗ̃ actiui ꝑncipij ſeu mouentis:⁊ tandẽ determinat ꝙ
eſt ipſiuſmet voluntatis.igit̃ in tali motu voluntas mo/
Cõfir. uet ſe.⁊ per ↄ̃ñs eſt cauſa efficiens ſue volitionis.¶Cõ/
firmat̃ ꝑ ſilitudinẽ quã inducit.ait eni ꝙ ſicut mot⁹ quo
lapis deſcendit in ima eſt proprie lapidis:ſic ille ẽ ꝓprie
animi:verũtamẽ in hoc eſt diſſimilis ꝙ in ptãte nõ h3 la
pis cohibere motuȝ quo fertur inferius.animus vo dum
non vult non ita mouet̃.ſed talẽ motum inferius eẽ lapi
dem non ſoluȝ vt moti:ſed vt mouentis actiue p3 ſm eũ
dem ibidẽ qui explicat ſe loqui de motu quo nãliter mo
uetur inferius:nõ de illo quo violenter iacitur ſurſum:⁊
tñ conſtat ꝙ etiam ille violentus eius eſt vt moti ac per
h ſi non intendebat ꝙ mot⁹ nãlis aliter eẽt eius ꝙ̃ moti
3m non oportebat violentũ excludere.¶Tertio ad ideȝ ar/
qđ.8. guitur ex alia determinatione eiuſdem.83.q.vbi ait.mo/
ueri per ſe aĩam ſentit qui ſentit in ſe eſſe voluntateȝ.nã
ſi volumus nõ alius de nobis vult:⁊ iſte motus aĩe ſpon
taneus eſt.In quibus p3 eum velle ꝙ anima in volendo
moueat ſeipſam:⁊ videt̃ fundare ſuum dictuȝ in hoc:qꝛ
motus hõ ſpontaneus eſt ⁊ in nr̃a ptãte.Iteȝ de ꝑfectio/
ne iuſtitie circa mediũ.ꝑcepta inquit diuina vt fierẽt nõ
iuberent̃:ſi nihil ſibi noſtra voluntas ageret cũ igitur no
bis iubeat̃ vt deuȝ ⁊ ꝓximũ diligamus in hac dilectiõe
agit noſtra volũtas.⁊ p3 ꝙ non minus in aliqua ſuis ſpon/
taneis actibus.Iteȝ infra in eodẽ.voluntas non īplet qđ
agit niſi diuinitus adiuuet̃.vbi ẽt implicat voluntatem
Cõfir. agere:⁊ quid aget niſi agat ꝓpriũ actũ.¶Pꝫ.Si deberet
negari voluntatẽ eſſe cãm īmediate ꝓductiuã actus ſui.
hoc pro tanto videret̃ ne ponat̃ ꝙ aliquid agat īmediate
in ſeipſuȝ.huic eni fundamẽto maxime nitunt̃ qui volũ/
tateȝ ponũt mere paſſiuã.Sed ꝓpter hoc nõ debet illud
negari:quoniam cũ mens amat ſeipſaȝ:ſm Aug.9.de tri.
ipſa eſt ꝑn̄m a quo ſuus amor procedit.⁊ per ↄ̃ñs ipſa effic̃
in ſe ſuuȝ amorẽ ⁊ agit in ſeipſam.non ergo eſt īpoſſibile
volũtatẽ agere in ſe:⁊ ſic mouere ſeipſaȝ.huic ẽt ↄcordat
cap.32. Anſel.de ↄcor.vbi dicit volũtatẽ eſſe inſtrumẽtũ mouẽs
ↄ̃ p̃os ↄ̃m ſeipſum:⁊ oẽs volũtarios motus facere.¶Cõtra ↄ̃nẽ iſtã
T.c.17. põt argui.primo ex diffinitione potentie actiue poſita.5.
meta.vbi dicit̃ ꝙ eſt ꝑn̄m trãſmutandi aliud.igit̃ nec vo
2m luntas nec aliquid aliud ẽ ꝑn̄m agendi in ſe.¶Scđo.qꝛ

mã ⁊ efficiens nõ coincidunt.2.phyſi.H aũt ſequeret̃ ſm T.c.31.
hanc ↄ̃nẽ.naȝ eadẽ voluntas eſſet efficiens ⁊ mã volitio
nis.¶3°.relationes oppoſite nõ pñt fundari in eodeȝ ſil. 3m
Relatiões aũt agentis ⁊ patiẽtis ⁊ mouẽtis ⁊ moti ſunt
oppoſite.igit̃ neutre pñt in eodẽ fundari.⁊ ꝑ ↄ̃ñs nec idẽ
poteſt agere in ſe aut mouere ſe.¶4°.ꝑdicte relatiões 4m
ſunt reales ex ꝑte vtriuſꝗ̃ extremi:cũ ſint de 2° relatiuo
ruȝ.eiuſdẽ aũt ad ſe nõ eſt relatio realis.p3.5.meta.¶5°. T.c.15.
ſi ſit vera ↄ̃ ſequit̃ ꝙ ꝑn̄m ꝓductiuũ erit ꝑs eius qđ per ſe 5m
ab ipſo ꝓducit̃.naȝ cũ per ſe nõ fiat forma:ſed cõpoſitũ:
vt p3.7.meta.ꝑ ſe ꝓductũ in ꝓpoſito erit cõpoſitũ ex vo T.c.37.
luntate ⁊ volitione:⁊ voluntas que eſt pars eius erit ꝓdu
ctiuũ.ſed ↄ̃ñs eſt falſum.tũ qꝛ tunc aliquid eſſet ſibi cau
ſa eſſendi:ↄ̃ Aug.de tri.Tuȝ qꝛ cũ ꝓducẽs equocũ nobi/
lius ſit ꝓducto:ſequeret̃ ꝙ voluntas ꝑciſe que eſt ꝓdu/
cens eſſet nobilior illo cõpoſito ſeu voluntate volẽte:qđ
p3 eſſe falſum.¶6°.Phs.3°.de aĩa dicit ꝙ in motu locali 6m
aĩalis ẽ aliqđ mouẽs immobile.ſ.bonũ actuale:⁊ mouẽs T.c.54
qđ mouet̃.ſ.appetitiuũ.Mouet̃ eni ait qđ appetit ſ3 ꝙ
appetit:⁊ appetit⁹.i.appetitio:vel appetere act⁹ aut mot⁹
qdẽ ẽ.Eſt igit̃ intentio phi ꝙ bonũ actuale mouet appe/
titũ ad ſuũ actũ ⁊ illũ cauſat in eo.Ipſuȝ aũt appetitiuuȝ
inquãtũ appetit mouet̃.⁊ per ↄ̃ñs nõ cãt in ſe ſuuȝ appe/
titũ.¶7°.Cõmen.2.phy.dicit ꝙ cõtingẽs eq̃liter nõ in 7m
uenit̃ in potentijs agẽtib⁹ per ſe:ſed in potẽtijs paſſiuis:
⁊ earũ i eis:qm̃ ꝑparatio ad receptionẽ duoꝝ ↄ̃rioꝝ ẽ eq̃
lis ſiue ſit aĩa ſiue non aĩa.ſed volũtas eſt potẽtia contin
gens eq̃liter reſpectu hõ actuũ ſuoꝝ:ſicut p3 ex.9.meta.⁊ T.c.3.
ſatis ex dictis.igit̃ non eſt po⁹ actiua:ſed paſſiua mãe re/
ſpectu eoꝝ.¶Cõfirmat̃ per rõnẽ eiuſdẽ ibidẽ:qm̃ a cõ/
tingente eq̃liter nõ põt altera actionũ ꝓuenire determia
te:cũ neutra ſit reliqua dignior ꝙ̃tũ ad h.¶Ad ꝑmũ ꝑt Ad pm
dici ꝑmo iuxta intẽtionẽ Cõmen.9.meta.vbi Phs ponit Cõ.2.
eãdẽ diffinitionẽ potẽtie ꝙ Phus nõ diffinit vĩr potẽtiã
actiuã:ſed eã q̃ eſt trãſmutatiua mãe.vñ ipſe ait ꝙ Phs
deſcribit potẽtiã actiuã que eſt forma:⁊ potẽtiã paſſiuã
que eſt ꝑ mãm.⁊ de tali verũ eſt:ꝙ eſt ꝑn̄m trãſmutandi
aliud:qm̃ eſt ꝑn̄m tranſmutãdi mãm ⁊ nũꝗ̃ eſt ꝑn̄m trãſ
mutãdi ſe.ꝙ̃uis vtrũq3 ꝑn̄m actiuũ.ſ.⁊ paſſiuũ aliqñ cõ/
currant in eodẽ cõpoſito:ſicut p3 de aqua calefacta que ꝑ
ſe abſq3 extriſeco agente redit ad friditatẽ:cui⁹ friditatis
ꝑn̄m q̃ actiuũ ẽ forma aq̃:⁊ ꝑn̄m paſſiuũ eſt mã eius.Et h
ẽt inuit in eodẽ cõmento Cõmen.d.In qbuſdã eni3 reb⁹
po⁹ actiua erit in ipſo paſſiuo:⁊ in qbuſdã in alio.Et ſm
h p3 ꝙ illud aſſumptũ nõ facit ad ꝓpoſitum ꝙ volũtas nõ ſit
cãliter actiua.¶2°.eſto ꝙ cõcederet̃ Phm ibi diffinire 5.m.17.
potẽtiã actiuã.adhuc nõ ẽ ↄ̃.nã ait ipſe ſic:poteſtas di3 h
qdẽ ꝑn̄m mot⁹ aut mutatiõis aut in altero aut inꝙ̃tũ al/
terũ:ꝑ quã diſiũctionẽ aperte dĩmõſtrat nihil ꝓhibere ꝙ
idẽ ſit ſuiipſius trãſmutatiuũ:l3 aliter ⁊ aliter.ſic volun/
tas inꝙ̃tũ virtualiter ↄtinet actũ ſuũ trãſmutat ſeipſam
inquãtũ eſt ei⁹ formalr̃ receptiua.¶Ad 2m dico ꝑmo ꝙ Ad 2m
ꝙ̃uis multi ſic allegent Phm.nõ tñ h Phs dicit:nec ẽt T.c.31.
Cõmen.ſicut p3 intuenti vtrũq3 ibidẽ.¶Ad 3m dõm:ꝙ Ad 3m
ſi quelibet relatiões mutue vocent̃ relatiões oppoſite ni
hil ꝓhibet aliꝗ̃s relatiões oppoſitas in eodẽ fundari ad
bonũ intellectũ:loquendo de fundatione relationis.H p3
per Aug.quo ad relationes de quibus agit̃:nam cũ mens
amat ſe vel intelligit ſe:ipſa eſt actiua ⁊ paſſiua mouens
⁊ mota.Pꝫ.nullus põt negare qn eadẽ res poſſit eſſeītelli
gens ⁊ intellecta:amãs ⁊ amata reſpectu eiuſdẽ.⁊ tñ hec
oĩa dicunt relatiue ⁊ referunt̃ realr̃:ſicut p3 ex dictis.d.
30.ꝑmi.Si vo magis ꝓprie ille tñ dicant̃ relatiões oppo
ſite q̃ ſunt icõpoſſibiles circa idẽ.nego ꝑdictas relatiões
eſſe oppoſitas.¶Ad 4m dico ꝙ eiuſdẽ ad ſe põt eẽ rela/ Ad 4m

tio realis:nec Phs dicit oppo^m alicubi.nã vbi allegaẽ p̄ciſe loquiẽ de identitate:ꝛ no vlr de relatiõe eiuſdẽ rei ad ſeipſaꝫ.Et pteres nõ dicit illã nõ eẽ realẽ ſicut in p̄mo.d.
A 5^m p̄allegata oſtẽſuꝫ eſt.¶ Ad 5^m ſi tale cõpoſitũ dicaẽ p ſe
pductũ:de quo ad p̄ñs nõ curo:cõcedo ꝯñs:ꝛ nego p̄maꝫ illationẽ qua probaẽ eẽ falſuꝫ.nã volũtas nõ eſt illud cõpoſitũ.¶ Ad ſcdaꝫ pbationẽ dico ꝙ nõ oẽ pducẽs equiuocũ eſt nobili⁹ pducto:gnimo multas hꝫ inſtantias.nã color exñs in pariete vel ſpecies in organo ẽ productiua viſionis in anima.ꝛ ſm iſtã imaginationẽ pducit cõpoſitũ ex aĩa ꝛ viſione.quo cõpoſito ipſa nõ eſt nobilioꝛ.Idẽ eſt de ſpẽbus in aĩa exñtib⁹ a quibus notitie pducunẽ.ꝛ multe alie inſtantie poſſent dari loquendo gnãliter de p
Ad 6^m ducente tã totali ꝙ̃ pticulari.¶ Ad 6^m dico p̄mo ꝙ conceſſo ꝙ bonũ actuale cauſet appetitũ in appetitiuo efficienter.quod tñ nõ eſt intelligendũ de cauſatiõe imediata:ſꝫ mediata tñ.vꝫputa qꝛ efficit notitiã ſui que partialiter
T.c.54. efficit appetitũ.ꝛ hoc Phs videẽ innuere ibidẽ cũ ait:ꝙ
appetibile mouet cum nõ moueẽ:eo ꝙ ſit intellectũ aut imaginatũ:innuẽs per hoc ꝙ mediãte ſua apprehẽſione
Cõ.54. moueat appetitũ.quod etiã inuit Cõmen.exponẽs illud.
appetitus motus quidã eſt.appetit⁹ inquit eſt motus.qꝛ eſt a re appetita per intellectũ in actu.i.p intellectionẽ.ꝛ in Cõmen.49.ait ꝙ deſideratũ mouet intellectũ:ꝛ tunc deſiderabit intellect⁹.ꝛ cũ deſiderauerit tũc moueẽ hõ.ꝛ iterũ intellect⁹ qñ cõprehẽderit aliquid deſiderabit per ſciaꝫ ꝛ mouebit per deſideriũ.ita ꝙ ſm eũ ſcia cã eſt deſiderij ꝛ deſideriũ cã mot⁹.Scientie aũt cã eſt ipſum deſideratũ bonũ.lꝫ nõ qõlibet bonũ deſideratũ ꝛ apprehẽſum ſit cã ſue apphenſiõis.ex h̄ tñ nõ ſequiẽ ꝙ ipſa vir-
2 tus appetitiua nõ ſit ẽt pductiua ſue appetitionis.¶ 2°
põt dici ſm aliquos ꝙ Phs vult ibi ꝙ bonũ actuale mouet appetitũ metaphorice tñ.ꝛ p modũ finis.ſic ex intẽ-
Cõ.36. tione Cõmen.12.meta.hñi põt.Et ſi arguiẽ ꝫ vt aliqui arguunt ꝙ tunc Phs equocaret de motore cũ ait:ꝙ eſt aliquod mouens immobile ꝛ aliquod mouens motũ: eo ꝙ mouens motũ.puta ipſum appetitiuũ moueat actiue corpus motũ.ꝛ nõ per modũ finis.cõcedi põt illatũ:nec aliquod malũ ſequiẽ circa ppoſitũ illud Phi:ſicut pꝫ diligenter conſideranti quid intẽdit ibi Phs.¶ 3°.Dic oꝫ quẽlibet cõcedere.nã cõſtat ꝙ appetitũ mouet corp⁹ localr.nullus aũt diceret ꝙ bonũ actuale mouet appetituꝫ localr motione actiua.ꝛ ſic non vniuoce dĩ vtrũqꝫ moue-
Ad 7^m re.¶ Ad.7.dico p̄mo ꝙ Cõmen.loquiẽ de potentijs agẽ
2.ph.48 tibus nãliter inꝙ̃tũ huius.nõ autẽ de liberis inꝙ̃tũ libere ſunt:ſeu reſpectu eoꝝ quoꝝ ſunt libere.qõ dico ppter aĩam rõnalẽ que reſpectu quorũdã opationũ eſt p̄cipiũ mere nãle.reſpectu v̄o quorũdam eſt p̄n^m liberũ contingenter.Item loquiẽ de potentijs totalibus nõ partialib⁹ ſiue ſit vnica ſiue plures partiales:ꝛ ſumanẽ pro vna totali.p̄mũ hoꝝ pꝫ per verba que premittit iã allegata.ait enim dicamus igiẽ ꝙ prima mã eſt parata ad recipiẽdũ duo ꝫria equaliter.ꝛ iõ receptio vtriuſqꝫ ꝫrioꝝ eſt ei nãlis.ꝛ ſimilr apparet de aĩa cõcupiſcibili.ſ.ipſaꝫ eẽ pparataꝫ ad actiones ꝫrias equalr.Iſtud eni cõtingens non hꝫ cãs agẽtes ꝫrias eq̃liter in oĩ tpe.ſ.illud qõ ẽ nãle.h̄ Cõmen.vbi nota ꝙ loquiẽ de nãli p̄cipio.ꝛ iterũ de aĩa cõcupiſcibili qualis eſt aĩa brutalis.vel ẽt humana inꝙ̃tuꝫ eſt ſenſualis.nõ aũt vt rationalis eſt ſm quẽ modũ ipſa eſt libera ꝛ equaliter ad oppoſita ſe habens.vt pꝫ etiã ex
t.c.10. eius intẽtione.ac phi.9.meta.¶ 2°.pꝫ p alia verba eiuſdẽ
2 ibidẽ.ſ.2.phĩcoꝝ.ait eniꝫ.ergo cõtingens equale impoſſi-
Cõ.84. bile eſt vt inueniaẽ ex eo altera duarũ diuerſarũ actionũ niſi ex altera cã cõiuncta cũ eo.qñqꝫ neutra actio eſt dignioꝛ vt ſit reliq̃.vult igiẽ ꝙ nulla ſit totalis cã nãliter actiua

cõtrarioꝝ.Qꝛ aũt aliquid ſit partiale pductiuũ cõtrariorũ ꝛ mere nãliter:quoꝝ ꝫrioꝝ aliud partiale pductiuũ ſit p̄n^m liberũ nõ ẽ cõtrariũ.Naꝫ tũc ex libertate p̄ncipij liberi altera actionũ determiate ab vtroqꝫ poneẽ.Ex his pꝫ ꝙ dictũ Cõmẽ.nõ eſt ꝫ ꝯnem p̄miſſam.tũ qꝛ ipſa non eſt coꝝ totale p̄n^m pductiuũ vt patebit in ſequenti ꝯne.
tum qꝛ voluntas reſpectu taliũ actuũ ẽ liberũ p̄n^m.¶ 2^a 2^a ꝯ
cõcluſio ẽ ꝙ nõ ſola voluntas ẽ imediata cã pductiua libere volitionis.hãc pbo rõne cõtra tenẽtiũ iſtã viã q̃ ſatis
pbabiliter cõcludit ppo^m vt mihi apparet.Arguo itaqꝫ p̄^m
ſic.ſi ſola voluntas eſſet imediata cã pductiua libere volitionis ſequereẽ ꝙ naturaliter volũtas poſſet velle incognitũ.ꝯñs eſt ꝫ experiẽtiã.ꝛ Aug.8.ꝛ.10.de tri.in multis
ptibus.ꝛ.3.de li.ar.ꝯñaꝫ pbo.qꝛ oĩs res ſine q̃ alia res nã- capitul.
liter pduci nõ põt eſt per ſe cã vl neceſſaria diſpõ cauſe. 53.ꝛ.54
vel cã cãe illius.vel effectus nãliter ꝯñs cã.puto ꝙ huic inſtantia inueniri nõ poſſit.ſed ſi volũtas ſola ſit imediata cã pductiua volitionis libere notitia rei volite nõ eſt cã volitionis.qꝛ nõ finalis nec formalis nec mãlis.pꝫ ꝙ efficiens p hypotheſiꝫ.¶ Itẽ nõ eſt neceſſaria diſpoſitio cãe illi⁹.qm̃ voluntas ex ſe eſt ſufficienter apta recipe volitionẽ.ꝛ per hypotheſim eſt ſufficiens pductiuũ eiuſdẽ.pꝫ ẽt ꝙ nõ eſt cã cãe.¶ Itẽ nõ eſt effect⁹ nec io ꝯñs eam.cũ ſit nãliter p̄oꝛ ea.põt.n.res cognoſci.eſto ꝙ nõ diligaẽ
ꝛ nõ eꝯ.hoc videẽ de intẽtiõe Augu.15.de tri.vbi vult ꝙ cap̃.23.
amoꝛ procedit de ſcia.ꝛ in.c.26.dicit ꝙ amoꝛ de gignẽte mẽte ꝛ de genita notiõe tãq̃ de parẽte ac ple pcedit.Itẽ
ad Simplicianũ li.p̄mo dicit ꝙ vocatio q̃ vtiqꝫ eſt noti- qõ.2.
tia ẽ effectrix bone voluntatis.Itẽ Cõmen.3.de aĩa vt al Cõ.54.
legatũ ẽ in ſolõne.6.argumẽti ꝫ p̄cedẽtẽ ꝯnẽ vult ꝙ ſcia ẽ cã deſiderij.ꝛ cõmeto.56.eiuſdeꝫ tertij libri dicit ꝙ oĩs
appetit⁹ ſit ex imaginatione.Itẽ.12.meta.ait ꝙ ſi forma Cõ.36.
balnei ẽ in aĩa ẽ agẽs deſideriũ.ꝛ ꝙ pp illã.ſ.tãq̃ pp cãm efficientẽ deſideram⁹ formã que eſt ex̃ aĩaꝫ.Et infra.deſideriũ ingt eſt pp eſtimationẽ eius qõ ẽ aliqd eẽ bonuꝫ.
Itẽ dicit ꝙ cõprehenſio eſt cã voluptatis.ex qb⁹ oĩb⁹ au- Cõ.39.
ctoritatib⁹ pꝫ iſta ꝯ.¶ Sꝫ ꝫ eã põt argui.p̄mo qꝛ ſequi- ꝫ 2as ꝯ^s
tur ꝙ aliq̃ cã ſit ſucceſſiue pductiua mere nãliter ꝫrioꝝ in paſſo eodẽ⁹ diſpoſito.h̄ ãt falſuꝫ ẽ:cũ oẽ agẽs nãle determiatũ ſit ad vnũ ꝛ ſolũ liberũ poſſit i oppõ.pbaẽ ꝯña qꝛ ſtãte eadẽ notitia rei alicui⁹ poſſum⁹ p libito illã p̄us velle ꝛ poſtea nolle.ꝛ eꝯ.igiẽ illa notitia vtriuſqꝫ illoꝝ actuũ qui vere ſũt ꝫrij erit cã.ꝛ ꝯſtat ꝙ mere nãlis ꝛ nõ libera ſic nec ipſa volitio de q̃ magis videreẽ ẽ alicuius
p̄n^m liberũ:ſed mere nãle.vt ſupra dcm̃ ẽ.¶ 2°.ſequereẽ 2^m
ꝙ quicũqꝫ reꝫ aliq̃ pfectius noſſet intenſius amaret vel odiret:qm̃ a cã intenſioꝛi ceteris parib⁹ intẽſioꝛ effectus
pduciẽ.ꝯñs ãt pꝫ eẽ falſuꝫ multis.¶ 3°.cõtingit frequẽ- 3^m
ter ꝙ notitiã p̄cedit volitio ſic cũ volam⁹ noſce qõ neſci- c°.vltĩo
mus.ꝛ iõ dicit Aug.9.de tri.ꝙ pannũ mentis añcedit appetitus qdã quo illud qõ noſſe volamus q̃rẽdo ꝛ inueniendo naſciẽ ples ipſa notitia.ꝛ ibidẽ dicit.ꝙ iſte appetitus eſt q̃dã volũtas.qꝛ oĩs qui querit inuenire vult.ex h̄ duo ſequunẽ ꝫ dcã.vnũ ẽ ꝙ nõ oĩs volitionis libere elicite ẽ cã pductiua ipſa notitia:qꝛ nõ ei⁹ que dcã ẽ.ꝛ p ꝯñs nec alicui⁹ alteri⁹.Secũdũ ẽ ꝙ aliq̃ volitio eſt circa inco-
gnitũ.qm̃ nõ niſi icognitũ q̃rim⁹ noſſe.¶ 4°.ꝛ ẽ ad idẽ: 4^m
volũtas põt velle itellectũ nullã notitiã hñe.ꝛ p ꝯñs põt hñe volitionẽ abſqꝫ oĩ notitia.ac p hoc aliq̃ volitio erit de icognito.pbaẽ ꝯña.qꝛ itellect⁹ q̃tuꝫ ad exercitiũ act⁹ ſubeſt iperio volũtatis.ꝛ p ꝯñs nõ hẽbit actũ cũ illa vo-
luerit vt nõ habeat.¶ 5°.nõ eſt neceſſe ꝙ effect⁹ libere a 5^m
volũtate pduct⁹ p̄cognoſcaẽ.alᷓ eẽt pceſſus in inf nituꝫ a parte añ in actibus elicitis a voluntate.igiẽ nec neceſſe
eſt eius obiectũ eſſe p̄cognitũ.¶ Ad p̄mũ põm:ꝙ illatuꝫ Ad p̄^m
nõ eſt

nõ eſt incõueniẽs de cã partibili cũ qua ꝯcurrit alia par-
tibilis libera ex ſe potens in ꝯrios effectus. exemplũ. ſtã-
te eadẽ apprehenſiõe pciſe alicui⁹ cõplexi mihi ꝓpoſiti
⁊ euidentis. verbi grã. ꝙ Rex nũc eſt Pariſ. poſſum cre
dere ⁊ aſſentire. ⁊ demũ ſi volo poſſum diſſentire: ⁊ tñ tã
ad ꝓductionẽ aſſenſus ꝙ̃ diſſenſus ꝑticulariter cõcurrit
Ad 2m apprehẽſio eius cui aſſentiẽ. ¶ Ad ſcðm negãda eſt ꝯña
ꝓpter cõcurſuꝫ cãe libere q̃ ẽt cũ inteſiori notitia põt re-
miſſiorẽ actũ elicere. pbõ aũt illa valeret vbi oẽs cãe cõ
Ad 3m currentes agerẽt mere nãliter. ¶ Ad tertiã cõcedo ꝙ ali
quã notitiã pcedit volitio. nihilominꝰ tñ q̃libet volitio-
nẽ pcedit ſaltẽ cãliter alia notitia eiuſdẽ rei cuiꝰ eſt ipſa
volitio. vñ cũ quis vult noſſe icognitũ. q̃uis iſta volitio
pcedit notitiaꝫ que deſideraẽ de illo. nõ tñ pcedit illaꝫ q̃
iſta notitia deſiderata cognoſcitur. ⁊ ex hoc pꝫ ẽt ꝙ talis
non vult incognitũ. ſed vult ſcire incognitũ. qð tñ ſcietur
cap. p. non eſt ſibi incognitũ. ⁊ h eſt qð Aug. docet. 10. de tri. vbi
ſoluit h dubiũ. Intelligendũ inquit eſt nõ hoc idem dici
cuꝫ dr amat ſcire incognita. ⁊ ſi diceret amat incognita.
id enĩ põt fieri vt amet quiſqꝫ ſcire icognita: vt aũt amet
incognita nõ põt. nõ enĩ fruſtra ibi eſt poſitũ ſcire: qm̃ q
ſcire amat incognita non ipſa incognita. ſed ipſum ſcire
amat. qð nõ hẽret cognituꝫ neqꝫ ſcire. qm̃ qui ſcire amat
Ad 4m qcq̃ꝫ poſſet fidẽter dicere neſcire. ¶ Ad q̃rtũ nego pmã
ꝯñam. nã cũ voluntas vellet intellectũ nullã intellectio-
nẽ hẽt: nolle h qð vellet. ſ. intellectũ nullã intellectionẽ
hẽe. ⁊ cũ pbaẽ qꝛ intellectus ſubeſt iperio voluntatis ⁊c̃.
dico ꝙ verũ eſt. ſed ad h ꝙ ſibi in hoc itellectus obediat
oportebit ꝙ ⁊ ipſa obediet ſibimet. videlꝫ ꝙ ipſa ſe ab
omni volitiõe ſuſpendat. nec oppoᵐ eſt poſſibile nãliter.
verũ tñ volũtas poſſit ſic libere ſe omni volitione ⁊ intel
Ad 5m lectiõe pÌuare. nõ aſſero pro nũc nec nego. ¶ Ad q̃ntũ ne-
go ꝯñam. qꝛ nõ oẽ qð pducit neceſſe eſt precogſci. ſed oẽ
qð diligit: ⁊ qꝛ nõ oẽm actũ quem pducit vult. ideo non
oẽm cognoſcit: q̃uis cognoſcat illud qð per illũ vult. ⁊ ſi
3m ꝯ illũ vellet etiã illũ cognoſceret. ¶ Tertiã ꝯnem pbo. qꝛ
contingit obiectũ actus nõ eſſe in rerũ natura. vtputa cũ
deſiderat aliquod futurũ. igitur talis actus obiectuꝫ non
2m eſt efficiens cauſa. ¶ p. Actus põt libere elici circa ali-
quod volibile cõplexũ ſeu tm̃ complexe ſignificabile: ſi-
cut pꝫ cũ quis vult nõ cenare vel ducere vxorẽ. cũ ergo ta
lia cõplexe tm̃ ſignificabilia nõ ſint aliq̃ entitates vt p-
batũ eſt in pmo liº. ſequiẽ ꝙ nullius actus poſſint eſſe cãe
Cõ. 36. effectiue. Ad hoc ẽt eſt intentio Cõmen. 12. metaphyſice.
vbi vult ꝙ forma balnei in aĩa exñs eſt agens deſideriuꝫ
⁊ motũ. ſꝫ balneũ extra aĩaꝫ qð deſideramꝰ ꝓpter formã
eius que eſt in aĩa eſt finis motus. Aug. quoqꝫ nõ videẽ
aliã cãlitatẽ attribuere obiecto volitiõis reſpectu actº q̃
cap. 6. finis. vñ. 2. de tri. ſemper obiectũ volũtatis appellat finẽ
qð. 35. eius. ¶ Itẽ. 83. q. Cũ amor inquit motus q̃dã ſit neqꝫ vl-
lus ſit motus niſi ad aliquid. cũ querimꝰ q̃d amandus ſit
quid ſit illud ad qð moueri oporteat querimus vbi ẽt rẽ
amatã non vbi tanq̃ꝫ finẽ ponit amoris. ¶ Sic igiẽ dico
ꝙ obiectũ actus volũtatis nõ eſt imediate effectiuũ actº.
niſi forte cũ volũtas amat ſeipſaꝫ. ſed tũc nõ inquãtũ eſt
obiectũ ſeu amata eſt efficiẽs amorẽ. ſed inq̃ntũ eſt amãs
ita ꝙ ipſa cũ notitia ſui efficit amorẽ ſui. vbi aũt obiectũ
a volũtate diſtinguiẽ ipſaꝫ nullo mõ eſt imediata cã effe
ctiua actus. Aliq̃ñ eſt mediata: ſicut cũ reꝫ intuitiue viſaꝫ
Sco. in diligimꝰ. tunc enĩ res dilecta eſt cã notitie que eſt imedia
rep. ſcði ta cã dilectiõis. ¶ Sed ꝯ hanc ꝯnẽ arguit quidã doctor.
d. 25. pmo ſic. Si obiectũ nõ ſit cã effectiua ſaltẽ ꝑticularis re-
ſpectu volitiõis ſequiẽ ꝙ volitiões nõ capiant diſtinctio
nem formalẽ ab obiectis. ⁊ tunc cũ habitus genereñ ex
actibꝰ nãliter. habitus diuerſoꝝ obiectoꝝ nõ eẽnt diuer-
ſi formalr. qð eſt falſuꝫ. ¶ 2º. ſi ſic tũc nec habitꝰ nec actꝰ 2m
vnus obiecti eſſet nobilior eo qui eſt alterius. ſed maior
⁊ minor ꝑfectio eſſet tm̃ ſm intenſionẽ in conatu volũta-
tis. igitur nec volitio qua voluntas diligit deũ ẽ nobilior
ea qua diligit muſcã. ſuppoſito ꝙ eque inteſe diligat mu
ſcaꝫ ſicut deũ. ⁊ per ꝯñs nõ plus erit beatitudo in deo q̃
in muſca. Et ſi inteſius diligeret muſcã q̃ deũ beatior eſ-
ſet naturali beatitudine in muſca q̃ in deo. qꝛ beatitudo
3m nãlis eſt in nãli volitione perfectiori. ¶ 3º. nõ qꝛ lapis ẽ
volitus hꝫ habitudinẽ ad volũtatẽ ſed e ꝯ. voluntas ſm
actũ volendi lapidẽ dependet a lapide. iõ videtur volun-
tas habere eſſentialẽ ordinẽ ad volibile: ⁊ nõ e ꝯ: ⁊ ſe ha-
bere ad illud ſicut menſuratũ ad menſurã. cũ igiẽ mẽſu-
rati ad mẽſurã ſit eſſentialis dependẽtia. ſequiẽ ꝙ actus
volẽdi eſſentialiter dependet ab obiecto volibili. Sꝫ oĩs
dependentia eſt cauſati ad cauſaꝫ vel cauſati poſterioris
ad cauſatũ prius: ſicut qñ ab aliqua vna cauſa ſunt mul-
ti effectus ſꝫ ordinẽ. lꝫ effectus primus nõ ſit cã effectus
poſterioris. actus aũt volendi non dependet ab obiecto ſi
cut effectus poſterior ab effectu priori eiuſdẽ cãe: igiẽ ſi-
4m cut a cauſa. ¶ Quarto nos experimur ꝙ magis poſſumus
diligere bonũ cũ eſt preſens q̃ cũ eſt abſens. igitur obie-
ctũ cognitũ qð per eius cognitionẽ preſens ẽ intellectui
aliquid per ſe facit ad actũ. ¶ Alias ẽt rõnes facit. ſed il
le pbant tm̃ hanc negatiuã. ſ. ꝙ volũtas nõ eſt totalis cã
volitionis. quã etiã ego ꝯcedo. ideo nõ opꝫ ad illas reſpõ
qð. 8. dere. Cõtra eandẽ ꝯnẽ põt adduci auctoritas Augu. 83. q.
vbi dicit ꝙ ex diuerſis viſis diuerſus appetitus aĩarũ ẽ.
Idem aũt eſt viſuꝫ ⁊ volitũ. ⁊ per ꝯñs ex obiecto volito ẽ
Ad pm appetitus ſeu volitio in aĩa. ¶ Ad pmũ cũ inferẽ ꝙ voli
tiões nõ capiũt diſtinctionẽ formalẽ ab obiectis: duplex
ſenſus põt eſſe. vnus. ſ. volitiões diſtinctoꝝ obiectoꝝ ſpe
non ſunt formalr diſtincte. ⁊ in hoc ſenſu nego ꝯñaꝫ: Aliꝰ
ſenſus põt eſſe ꝙ lꝫ volitiones diſtinctoꝝ obiectoꝝ ſint
formalr diſtincte. hanc tñ diſtinctionẽ non capiũt effecti-
ue ab obiecto. ⁊ in h ſenſu cõcedo ꝯñs. qm̃ ſicut volitio-
nes nõ efficiunẽ ab obiectis. vel ſalteꝫ nõ immediate. ſic
Ad 2m nec eoꝝ diſtinctiões que non ſunt res alie q̃ ipſe. ¶ Ad
ſcðm nego primã ꝯñaꝫ. ⁊ qꝛ nõ pbaẽ nõ opꝫ vlterius re-
Ad 3m ſpondere. ¶ Ad tertiũ dõm: ꝙ nullus actus volẽdi lapi-
dẽ dependet eẽntialr a lapide imediate. ⁊ quidã nec me-
diate nec imediate: vtpote qui eſt de lapide nõ exñte: aut
tm̃ abſtractiue apprehenſo. quidã vo mediate tm̃. vt qui
eſt de lapide intuitiue apprehẽſo. qm̃ talis volitio depen
det a notitia: ⁊ notitia a lapide. Et qꝛ aſſumiẽ ꝙ mẽſura-
ti ad mẽſurã eſt eſſentialis depẽdentia: nõ eſt vlr veruꝫ:
ꝓprie loquẽdo de depẽdẽtia: cũ de nõ exñte poſſit hꝛi ab
ſtractiua notitia que ad ipſum velut ad mẽſurã refertur.
Ad 4m ¶ Ad 4m dõm: ꝙ ſi bonũ magis diligi poſſit pñs q̃ ab-
ſens. h eſt qꝛ perfectius apprehẽdiẽ dũ eſt pñs. ⁊ ſic ſolũ
mediate facit ad actũ: cauſando. ſ. notitiã que eſt cã dile-
ctiõis. ¶ Ad auctoritatẽ Augu. dõm ꝙ ex diuerſis viſis
ſunt diuerſi appetitꝰ mediantibꝰ viſionibꝰ illoꝝ viſoꝝ.
Ad pnle ¶ Ad pmũ pncipale argu. dõm ꝙ voluntas eſt imedia-
argu. q. ta cã pductiua: ꝑtialis tñ actuũ elicitoꝝ. ¶ Ad pbationẽ
pmã pꝫ ſupra. d. 6. q. 1. articulo. 3º. in ſolõne q̃rti argumen
ti. 5. 6. ꝯnẽ illiꝰ articuli. ⁊ pro nunc recolo q̃ ibi allegaẽ ex
8. phyſi. cõmento. 40. octaui phy. ait enĩꝫ Cõmẽ. ꝙ ſm Phm nõ
Cõ. 40. eſt ipoſſibile aliq̃d mouere ſe niſi in motoribus que ſunt
corpa aut virtutes in corporibꝰ. virtutes aũt in corpibus
vtiq̃ꝫ ſm ipſuꝫ ſunt ⁊ dicunẽ v̄tutes extenſe ex extenſiõe
corpoꝝ que ꝑficiũt. voluntas aũt nec corpus eſt nec vir-
tus ẽt exñs in corpore ad intellectũ dcm̃. ¶ Ad aliã pba
tionẽ ex dicto Aug. nõ accipit formã ſicut h accipitur in
ꝓpoſito: videlicet pro entitate aliã ꝑficientẽ ⁊ informan-

te ſed pro nã ꝛ eſſentia.ꝛ ſic formare aliqd nõ eſt aliõ ꝙ̃ ipſum efficere ꝛ dare illi eſſe actu in ꝑpria natura quem
cap. 2. admoduꝫ accipit in gen̄.cũ dicit̄. Formauit deus hoiem de limo terre.ſic aũt nec volũtas nec res alia ſeipſaꝫ formare põt.quelibet aũt format̃ per incõmutabilẽ formaꝫ qua cũcta ſubſiſtunt que deus eſt vt ibi.ꝛ ſequenti ꝑrime.c.dicit Aug.ſi quis tñ vellet accipere formã vt hic accipi dꝫ:ꝛ formare pro cãre in ſe formã.qđ tñ non eſſet ad mentẽ Aug.ibidẽ.gnĩmo etiã ↄ̃diceret ſibi in ſuperi⁹ allegatis.pro ꝑma ↄ̃ne poſſet rñdere ꝙ Aug.intẽdit ꝙ nulla res põt formare ſe tãꝙ̃ totalis cã actiua ſue forme.qm̃ preter ꝙ̃libet cauſaꝫ creatã requirit̃ ad cauſandum ipſa prima forma que deus eſt.ꝛ ſic adhuc veniret̃ ad intentũ Aug.ſ.ꝙ per eternã ꝛ incõmutabilẽ formã cuncta formãtur.nec ex hoc haberet̃ aliquid contra predicta.

¶ Diſtinctionis.XXVI.XXVII.ꝛ.XXVIII. Qõ. I.

Circa diſ.26.ꝛ duas ſequẽtes:in quib⁹ Magiſter agit de gr̃a operãte ꝛ cooperante ꝑ quã iuuat̃ liberũ hois ar.ad bene opandũ:maliũqꝫ vitandũ.Quero primo vtrũ hõ ſm̃ p̃ñteꝫ ſtatũ ſtante influẽtia dei gnãli poſſit per liberũ arbitriuꝫ ꝛ nãlia ei⁹ abſqꝫ ſpeciali dei auxilio agere
p̃ᵐ aliquẽ actũ moraliter bonũ.ꝛ arguit̃ ꝙ ſic.ꝑ quia hõ põt nãliter iplere ꝑcepta legis ſcripte.igit̃ põt nãliter facere
cap. 2. opus moralr̃ bonũ.añs pꝫ per Aplm̄ ad Ro.cũ enĩ gentes ingt que legẽ nõ habent.nãliter ea q̃ ſunt legis faciũt ipſi ſibi ſunt lex ꝛc̃.ↄ̃ña ꝓbat̃ qm̃ talis lex nõ niſi bona
cap. 7. opa precipit.Eodẽ infra dicente.lex qdẽ ſancta ꝛ mandatũ ſanctũ ꝛ bonũ ꝛ iuſtũ.¶ Cõfirmat̃ ꝑ illõ Hiero.i epiſtola ad Demetriadẽ ṽginẽ. Nã enĩ multos Phoꝝ ꝛ audiuimus ꝛ legimus ꝛ ipſos vidimus caſtos patiẽtes modeſtos liberales abſtinentes benignos amatores iuſtitie nõ minus ꝙ̃ ſapientie.vñ queſo hominib⁹ alienis a deo iſta que deo placent.vñ h̃ illis bona niſi de nãe bono.h̃
2ᵐ ille.¶ 2º.homini ꝑcipit̃ a deo vt iſta bona opa agat ſic pꝫ per totã ſacrã ſcripturã.igit̃ poſſibile ẽ homini agere talia opa.alioquin deus ꝑcepiſſet homini impoſſibilia ſibi: qđ ꝑfecto impiũ ꝛ blaſphemũ ẽ dicere.dicẽte Hiero.i expoſitiõe fidei catholice.Execram⁹ eoꝝ blaſphemiã:qui dicũt impoſſibile aliquid homini a deo eſſe ꝑceptũ:ꝛ mã
3ᵐ data dei non a ſingulis:ſed ab oibus poſſe ſeruari.¶ 3º.ſi hõ nõ poſſet talia bona opa agere nullus ea nõ faciendo peccaret.vt ait Aug.in li.de duab⁹ aiabus.vltra mediuꝫ. Dic peccati reũ teneri queꝙ̃.qꝛ nõ fecit qđ facere nõ potuit:ſumme iniqtatis ẽ ꝛ inſanie.ſꝫ ↄ̃ñs illõ eſt erroneũ. qꝛ ſm̃ illud:nullus peccaret nõ implendo diuina ꝑcepta.

Oppoᵐ Ad oppoſitũ eſt qđ ait Aug.in de ꝑde.ſcõꝝ circa ꝑnᵐ. Nemo ingt ſibi ſufficit ad incipiendũ vel ꝑficiendũ qđcũqꝫ opus bonũ.ſꝫ i oi ope bono ꝛ incipiẽdo ꝛ ꝑficiẽdo ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt.

q̄ iubenẗ iplere:ꝛ oīa q̄ p̄hibenẗ vitare hoīeꝫ poſſe:ſꝫ cuꝫ
adiutorio dīne gr̄e:ꝛ nō alr̄:ſicꝫ diffōnib⁹ ꝯciliōꝝ ꝛ auctri/
bus ſacris edocemur:vt i hac ꝛ i p̄ce^{ti}.q.pꝫ. Et vt h̄ Aug.
ſacri canonis auctē ꝯfirmet.Ad iſtud arg^{m} rn̄dēdo Cele/
ſtino:vbi ſup̄ra p̄mittit oēꝫ iuſſionē dīnā in illa vna gn̄a/ cap.12.
liter ꝯtineri iuſſione q̄ dictū ē.Diliges dn̄ꝫ deū tuū ꝛc̄.et
oēm p̄hibitionē in illa vna cōprehēdi:q̄ dcm̄ eſt nō ꝯcu/
piſces.Et his p̄ ſcripturā declaꝭ ſubdit.Sꝫ nec q̄ſq̄ pōt
eē ꝯtinēs:qḋ p̄tinet ad nō ꝯcupiſcē:niſi deꝰ det:et chari/
tas diffuſa eſt i cordib⁹ nr̄is nō p̄ nos ipſos:ſꝫ p̄ ſpm̄ ſcm̄
qui datꝰ eſt nob. ¶ Ad 5m dōm q̄ hoīem nō poſſe eē ſine Ad 5m
pctō nō eſt culpa:ſed eſt pena quā hꝫ ex culpa p̄mi parētꭍ
q̄ p̄ li.ar.ꝛ auxiliū gr̄e qḋ acceꝑat : q̄le ēt q̄libet alꝰ acce/
piſſet ſi ipſe nō peccaſſet:poterat eē ſine pctō:ꝛ q̄a hec pe
na eſt pena illiꝰ culpe in q̄ nō ſolū ille:ſꝫ ꝛ oēs ex ipſo fu/
turi peccauerūt ſm Apl̄ꝫ:iō peccat q̄libet q̄n nō eſt ſine
pctō h̄ ē q̄n nō vitat ſꝫ cōmittit pctm̄:ꝛ iō Aug.vt ſup̄ra. cap.14.
ad iſtud arg^{m} rn̄dēs.rn̄demꝰ ait.Iō hoīs eē culpā q̄ non
eſt ſine pctō:q̄a ſola hoīs volūtate factū eſt vt ad iſtā ne/
ceſſitatē veniret:quā ſola hoīs volūtas ſuperare nō pōt.
ꝛ antea diċ.p̄ arbitrij libtatē factū eſt vt eēt hō cuꝫ pctō: cap.18.
ſed iā penalis vitioſitas ſubſecuta ex libtate fecit neceſſi
tatē:vn̄ ad deū fides clamat.de neceſſitatibus meis educ
me:ꝛ paulo poſt ſubdit.q̄ illa libtas non periſſet ſi bona
p̄manſiſſet volūtas:q̄a v̄o peccat volūtas ſecuta eſt peccā
tē pctm̄ habēdi dura neceſſitas. ¶ Ad 6m rn̄dēduꝫ eſt:vt Ad 6m
ſup̄ra. ¶ Ad 7m cōcedendū eſt q̄ nā humana pōt carere Ad 7m
malo:ꝛ iō ſm q̄ vbi ſup̄ra dicit Aug.ad deū clamamꝰ.li/ cap.15.
bera nos a malo:qḋ nō perficiẗ q̄diu corpꝰ qḋ corrūpiẗ
aggrauat aīaꝫ. ¶ Ad auctes canonis dōꝫ q̄ hō pōt eē p̄/
fectus ꝛ ſine pctō ꝛ ſine macula:ſꝫ p̄ gr̄aꝫ dei:qḋ manife/
ſte etiā inuit auctas allegata apl̄i.elegit nos vt eēmꝰ ſci ꝛ
imaculati.loq̄ẗ eni de electiōe p̄de.cuiꝰ effectꝰ eſt ſcitas ꝛ

cap. 62. puritas noſtra. ¶ Ad auctez Hylarij rñdit Aug. in de nã
z gra. z hñ. φ ipſa nõ eſt ꝯtra ſnīaz poſitã: cũ ipſe nõ aliõ
ꝙ hoiez poſſe eē mũdo corde teſtet: qõ conceditᷣ: ſed gra
cap. 66. dei p ieſuz chꝛiz: z eodē mõ itelligēda ē auctas pᵃ Hiero.
ſicᷣ in eodē docet Aug. ¶ Ad aliã võ eiuſdē dõm ſꝫ Aug.
ibidē. φ ipſa nõ eſt ꝯtra: qa loquitᷣ de nã qlis pmitᵘ fuit
ꝯdita: in qua nulla tũc fuit peccãdi nečitas: ſꝫ vt ſubdit.
Qõ ex vitijs nãe nõ ex cõditione nãe ſit quedã peccãdi
nečitas audiat hõ atqꝫ vt eadē nečitas nõ ſit dicat deo
dicere: de neceſſitatibᵘ meis educ me: qa z in huiꝰ oꝛone
certamē eſt aduerſus tētatorē de ipſa ꝯtra nos neceſſita-
te pugnãtē. ¶ Ad auctem Aug. rñdebitᷣ cũ ſoluetᷣ pmũ
argᵐ pme qõnis. Ad illud aũt qõ arguitᷣ ꝯ ꝯnes ſcdi arti.
dõm nõ ſequi φ gra inutiliter vel ſupflue detur: ſicᷣ infir
mus oculus nec ſupflue nec inutilr ſanatᷣ: ꝙuis etiã ſanᵘ
ſine adiutorio lucis videre nõ poſſit: nec ſeqtur etiã φ in
habitualibᵘ gratijs ſit pceſſus in infinitũ: ſicᷣ forſitan qs
vellet arguere: qm̃ tale adiutoriũ qõ vltra habitũ gr̃e ne
ceſſariũ dico: nõ eſt aliqõ habituale donũ cauſatũ in aĩa:
ſꝫ qdã ſpãlis dei aſſiſtētia ſiue deᵘ ipe ſpãlr aſſiſtēs z gra
tis iuuans ad hñ agēdũ z volēdũ z ad nõ peccãdum: ſiue
nõ permittēdo vltra v̄tutē ab ipo nobis preſtitã tentari:
ſiue faciendo nos fortiter z recte ꝯtra tentationē pugna-
re: ſiue alio mõ ignoto nobis iuuãdo. Et ſi dicatᷣ qõ ſupra
habituz eſt per Augᵐ φ hõ põt vitare pctm̃ ſi nã viciata
ſanetᷣ per grãs dei: ex quo videtᷣ φ nõ ſit aliõ adiutoriuz
nečiuz. dõm φ p illud dictũ Aug. nõ excludit opportuni
tatē alteriᵘ adiutorij ſeu modi iuuãdi: gnimo alibi expſ-
cap. 26. ſe ponit. ſ. in de nã z gra. vt ſtatim patebit. Põt etiaz dici
φ p grãz q̃ ſanatᷣ nã viciata nõ ſolũ itelligitᷣ habitus gr̃e
ſanãs tãꝙ aĩe medicina: ſꝫ ipſe etiã deᵘ gratis aſſiſtens z
ſanãs vt medicus in h̄ diſſimilr ſe hñs ad medicũ corpo
ralē: φ ſicᷣ dicit Aug. vbi nũc cõmemoraui. Medicus hõ
cũ ſanauerit hoiem iam decetero ſuſtētandũ elemētis z
alimētis corporalibus: vt eadē ſanitas apto ſubſidio ꝯua
leſcat: atqꝫ perſiſtat deo dimittit qui prebet iſta in carne
viuētibᵘ: cuiᵘ erãt etiã illa que dũ curaret adhibebat. ipe
aũt deus vt ſubdit cũ per mediatorē dei z hoium hoiem
ieſum chꝛm ſpũalr ſanat egrũ vel viuificat mortuũ. i. vi
uificat īpiuz. z cũ ad pfectã ſanitatē h̄ eſt ad pfectã vitã
iuſtitiãqꝫ pduxerit: nõ deſerit ſi nõ deſeratᷣ: vt pie ſemp
iuſteqꝫ iuuetᷣ. ſicᷣ eni oculus corpis etiã pleniſſime ſanus
niſi cãdore lucis adiuuetᷣ nõ põt cernere: ſic z hõ etiã pfe
ctiſſime iuſtificatus niſi eterna luce iuſtitie diuinitᵘ ad-
iuuetᷣ recte nõ põt viuere. Sanat g̃ deᵘ nõ ſolũ vt deleat
qõ peccauimᵘ: ſꝫ vt pſtet ēt ne peccemus: z ex iſta auctē.
pꝫ φ etiã hñs grãm illã habitualē adhuc idiget diuino ad-
iutorio vt nõ peccet z recte viuat. Nemo eni pfecte iuſti
ficatᵘ eſt nõ hñs hõ habitũ gr̃e z talē adhuc dicit diuino
Ad pᵐ pncilᵉ auxilio adiutorioqꝫ idigere. ¶ Ad pᵐ pnlᵉ. q. rñdeo negã
do ꝯñaz: nec valet pbatio: qm̃ nõ ſequitᷣ. pctm̃ põt caue-
ri. igitᷣ põt caueri abſqꝫ ſpãli auxilio dei: ſicᷣ etiã nõ ſeqtᷣ.
hõ pt mereri z btificari. igitᷣ põt mereri z btificari abſqꝫ
ſpãli auxilio dei. nã añs eſt verũ: z ꝯñs falſuz duplr z er-
roneũ. Aug. võ i v̄bis itelligit pctm̃ poſſe caueri deo iuuã
te vt caueatᷣ: vñ de nã z gra. rñdens Pelagio in ſui erro-
cap. 67. ris fauorē pdictã Aug. auctez allegãti. pctm̃ inqt põt ca-
ueri: ſꝫ oppitulãte illo qui nõ pt falli: z idõ vt pmiſit in h̄
adiutoriũ poſtulamᵘ dicētes. ne nos inferas in tētationē:
z paulo ifra. duobᵘ iquit modis etiã in corpe cauetᷣ mor
bi malũ: z vt nõ accidat: z vt ſi acciderit cito ſanetᷣ: vt nõ
accidat: caueamus dicēdo: ne nos inferas in tentationez:
vt cito ſanetᷣ caueamus dicēdo. dimitte nob debita nr̃a.
Ad 2ᵐ ¶ Ad 2ᵐ negãda eſt ēt ꝯñs: nec valet pbatio: qm̃ nõ di-
co φ hõ nõ põt vitare pctm̃ ſicᷣ pro fundamento aſſumit

pbatio illa: ſꝫ dico φ nõ pt abſqꝫ auxilio dei: cũ illo aũt
põt: z idõ nõ nečitate ſimplr loquēdo: ſꝫ volũtarie peccat
cũ peccat. ¶ Sꝫ vt interiᵘ gradiamur: pone φ alicui hoi obycitᷣ
vltra nãlia bona ipſius: z gñalē iſluētiã dei nullũ adiuto-
riũ a deo cõferatᷣ ad hñ agēdũ ſiue ad nõ peccãdũ: nũqd
iſte poterit pceptũ iplere z noxie tētatiõi iſurgēti reſiſte-
re: aut nečio ꝯſentiet tētationi: z trãſgredietᷣ pceptũ. ſi di-
catᷣ pᵐ recedit a ſnīa ſupra poſita. ſi 2ᵐ nõ igitᷣ libere: ſed
de neceſſitate trãſgredietᷣ pceptũ z tētationi cõſentiet. et
per ꝯñs nõ peccabit: qa oē pctm̃ volũtariũ vt pius argue-
batᷣ. ¶ Rñdeo dõm: iuxta dictũ Aug. ſuperius in rñſio- Solo
ne ad 5ᵃᵐ obiectionē allegatũ z alia plura ibidē z alibi ꝯ
pelagianos in plibᵘ locis: ac etiã in p retrac. Qr ille vtiqꝫ
ſic cõſtitutᵘ de nečitate trãſgredietᷣ pceptum z tētationi
ſuccũbet: nec tñ talis nečitas cũ ſit pena illiᵘ culpe in qua
peccauimᵘ oēs: z cuiᵘ rei ſumus p qꝙ iuſte penas luimᵘ
eũ a pctõ excuſabit: ſicᷣ ēt dicebatᷣ i ſolone tertij argᵐ pn-
cipalis. pcedētis qõnis. h̄ ꝯfirmatᷣ p illõ Aug. de pfectio cap. 16.
ne iu. pctm̃ eſt cũ vel nõ eſt charitas q̃ eē dꝫ: vl minor eſt
ꝙ dꝫ eſſe: ſiue h̄ vitari volũtate poſſit: ſiue nõ poſſit: qa ſi
põt pñs volũtas h̄ facit. ſi aũt nõ põt pterita volũtas h̄
fecit. ſ. pmi hois. Et tñ vitari põt nõ qñ volũtas ſuperba
laudatᷣ: ſꝫ qñ humilis adiuuatᷣ. Et vlteriᵘ dõm: φ pp hꝰ
nečitatē nõ fit: qn illõ pctm̃ ſit volũtariũ: qm̃ adhuc a ſci
ente z nõ coacto cõmittitᷣ q̃ ſufficiũt ad rõnē voluntarij:
vt inuit Aug. p retrac. vl alr ſm eũdē ibidē dõꝫ φ pctm̃ cap. 13.
dꝫ volũtariũ vl in ope vel in origine. h̄ 2ᵒ mõ ſaltē pctã cap. 15.
illiᵘ adhuc eēnt volũtaria. pmᵘ eni hõ voluntarie peccat
cuiᵘ alioꝝ in nob penas illiᵘ ꝯñctuz initiũ origo fuit: ſi di-
catᷣ φ ſic eē volũtariũ nõ ſufficit ad rõnē pcti. ſꝫ vltra h̄
requiritᷣ φ ſic ſit volũtariũ φ vitari poſſit. hoc pbatᷣ ex
diffõne pcti quã Aug. ponit in de duabᵘ aĩabᵘ dicēs. pctm̃
eſt volũtas retinēdi vl ꝯſequēdi qõ iuſticia vetat: z vñ li
berũ eſt abſtinere rñdēdũ eſt ſm eũdē p retrac. φ ibi diſ cap. 15.
finitũ eſt pctm̃ φ tñmõ pctm̃ eſt: non qõ etiã pena pcti.
Et de tali etiã pctõ: qõ. ſ. nõ eſt pena peccati ipſe ibidē di- cap. 13.
cit itelligēdũ eē dictũ ſuũ de vera religione in ꝯrĩũ alle-
gatũ. nũc aũt talia ſũt etiã pena pcti. pcti. ſ. illiᵘ pmi hois
in cuiᵘ pctõ oēs peccauimᵘ. ¶ Ad cõfirmationē dõm φ Ad ꝯnē
illa v̄ba v̄a ſũt: ſed nõ iuuãt ppoᵐ: qm̃ in p hoie añ pctm̃
ſuũ ſi fuiſſet nečitas talis: qa illa nõ fuiſſet pena pcti vti-
qꝫ illũ excuſaſſet a pctõ: in nobis võ nõ excuſat: qa pena
eſt ex pctõ proueniēs: vt ſuperius eſt ſepe dictũ.

¶ Diſtinctionis. XXIX. Queſtio. I.

CIrca diſ. 29. in q̃ Magr ingrit. vtruꝫ
hõ añ pctm̃ eguerit gr̃a operãte
z cooperãte. Quero vtrũ hõ añ pctm̃ p li.
ar. z ſue nãe vires pciſe abſqꝫ alio adiuto-
rio dei fuerit ſufficiēs ad agēduꝫ aliquem
actũ moralr bonũ ſeu vere rectũ vel v̄tuo-
ſum. Et arguo p φ ſic auctē ſcripture. ſ. in cap. 15.
eccliaſtico. dicētis. deᵘ ab initio ꝯſtituit hoiez z reliquit
illũ in manu ꝯſilij ſui. adiecit mãdata z precepta ſua zc̃.
Quid eſt φ vt dicit Aug. hypoſt. rñſione 3ᵃ. religt illũ in
manu ꝯſilij: vbi dimiſit illũ i ptãte li. ar. ſui. In manu eni
poteſtas itellr: ſꝫ nõ dicitᷣ religt in ptãte arbitrij ad facien
dũ. ſ. dĩ mãdata: niſi ex ſe abſqꝫ adiutoᵘ dĩ ſufficiēs fuiſſꝫ
ad illa iplēda: z p ꝯñs ad agēᵐ opa recta moralr z v̄tuoſa.

Ad oppoſitũ argr̃ auctē magri h̄ dicētis. egebat Oppoᵐ
itaqꝫ hõ gr̃a nõ vt liberaret volũta-
tē ſuã q̃ pcti ſerua nõ fuerat: ſꝫ vt pparet ad volēdũ effi-
caciter bonũ qõ per ſe nõ poterat. Ex his pꝫ ppoſitũ: qm̃
ſi p ſe nõ poterat efficaciter velle bonũ. igitᷣ nõ p ſe ſuffi-
ciebat ad agendum actũ aliquem moraliter bonum. Cũ
omnis talis actus ſit volitio boni vel ex ipſa procedens.

In iſta qōne erūt articuli duo. In pͤ iuxta titulū qōnis ingref de ptāte pⁱmi hoīs añ ſuū lapſuȝ ad bonū faciēdū. In 2ᵒ ingref de ptāte euſdē ad bonū poſt lapſuȝ: ꝛ ſilr de ptāte alioꝝ hoīuȝ ex ipo naturalr deſcēdentiū. Et hoc ꝓpter quedā dicta per quēdā venerabilem magr̄m cōtra aliqua per me poſita ſupra in pⁱma qōne ſuper .26. diſ. huius ſcdi.

pⁱm' art. Quantū ad pⁱᵐ arᵐ pmitto iuxta cōe dictū ꝙ adiutoriū dei dupl̄r capi pōt. Uno mō ꝓ adiutorio gn̄alis influētie: quo .ſ. dⁱ adiuuare gn̄alr oē agēs cau ſatū in oi ſua actiōe. Alio mō ꝓ adiutorio aſſiſtētie ſeu influētie ſpālis quo ſpālr aliqua agētia iuuat ꝛ nō oia: ꝛ ad aliquas actiōes: ꝛ nō ad oēs: qḋ etiā ꝯſueuit vocari adiutoriū gr̄e extēdendo nomē gr̄e ad oēm eiꝰ gratuitā ꝛ ſpālē oppitulationē: ſiue ipſe imediate ꝑ ſeipm ſiue mediāte aliq̄ dono ſuo oppituletꝰ ad agēdū. H̄ pmiſſo pono ꝯnes

pⁱ ꝯ tres. ¶ Prima eſt ꝙ pⁱmus hō .i. Adā ante ſuū lapſuȝ nō fuit ſufficiens ꝑ ſuas vires ſine auxilio gn̄alis influentie dei agere aliquē bonū actuȝ. hec ꝯ cōiter a catholicis doctoribus ꝯcedif: ꝛ iō pro eius ꝓbatione ſufficiat ꝓ nunc

cap. 17. auctoritas apl̄i Act. 17. dicētis. In ipſo .ſ. deo viuimꝰ. mouemur ꝛ ſumus: ꝑ quē docemur ꝙ nos non poſſumꝰ ſine ipſo viuere .i. vite opatiōes exercere nec moueri: nec etiā eē: ſȝ ad qōlibet hoꝝ nob eſt nec̄ia influētia eiꝰ: q̄propter ſi ipe nō influeret ad eſſe nr̄m nos nō eſſemꝰ: ꝛ ſi influeret ad eē ꝛ nō ad opari ſic vtiq̄ȝ eſſemus: ꝙ nihil tn̄ oparemur: ſic ꝯtigit de igne i reſpectu ad tres pueros i camino ignis

cap. 3. extites: vt legif Dan. 3ᵒ. Cōfirmaf iſtud ꝑ auc̄tez Aug. 4.

cap. 14. ſuꝑ Gen. exponētis pdicta apl̄i v̄ba ſic. Cū eni aliḋ ſimꝰ q̄ ipſe: nō ob aliḋ in illo ſumꝰ: niſi qa id opaf: ꝛ h̄ eſt opꝰ eiꝰ q̄ ꝯtinet oia: ꝛ quo eiꝰ ſapia ꝑtēdit a fine vſq̄ȝ in fineȝ fortif ꝛ diſponit oia ſuauiter: ꝑ quā diſpōnē in illo viuimus mouemur ꝛ ſumꝰ: vn̄ collr ꝙ ſi opꝰ ſuū a rebꝰ ſubtraxerit nec viuemꝰ nec mouebimur nec erimus. claret igif nec vno qdē die ceſſaſſe deū ab ope regēdi q̄ creauit ne motꝰ ſuos nāles qbꝰ aguntꝰ atq̄ȝ vegetantꝰ vt oīno deſint ꝛ in eo ꝙ ſunt pro ſuo queq̄ȝ gn̄e maneāt ilico amitterēt ꝛ eē aliqd oīno deſinerēt ſi eis ſubtraheref motus ille ſapie dei q̄ diſponit oia ſuauit. h̄ āt opus ꝛ hic motꝰ ē quē vocamꝰ influētiā gn̄alē: quo ſubtracto vtiq̄ȝ: vt dit. ceſſere res ꝑderēt motus ſuos: nec pōt dici h̄ dem̄ habuiſſe v̄itatē tm̄ poſt hoīs lapſuȝ: cū ēt de ipſis angelis ſcis qui nūq̄ȝ peccauerūt nec vlliꝰ alteriꝰ pcti reatu obſtricti ſunt

cap. 23. idē dicat infra liᵒ 9ᵒ. ¶ Ad h̄ ēt faciūt pla dcā in pͤ li. diſ.

2ᵃ ꝯ. 45. ¶ Scda ꝯ eſt. ꝙ Adā añ lapſuȝ nō fuit ꝑ ſuas vires nāles ꝑciſe ēt cū dei gn̄ali influētia ſufficiēs ad agēdū aliquē actū moralr bonū ſeu v̄e v̄tuoſū: qnimo vltra pdicta fuit ſibi nec̄iuȝ aliḋ dei auxiliū ſpāle. ¶ Hanc ꝓbo pͤ ex

cap. 47 auc̄te vna Aug. de cor. ꝛ gr̄a .d. ſic. Iſtā gr̄aȝ nō habuit hō pⁱmꝰ q̄ nūq̄ȝ malus eēt: ꝛ ſine q̄ ēt cū li. ar. bonꝰ eē nō poſſet: ſȝ ea tn̄ ꝑ li. ar. deſerere poſſet: nec ipm q̄ deꝰ eē voluit ſine ſua gr̄a: quē religt in eiꝰ lib. ar. qm̄ li. ar. ad malū ſufficit. ad bonū aūt paꝝ eſt niſi adiuuef ab oīpotēte bono: qḋ adiutoriū ſi hō ille ꝑ liberꝝ nō deſeruiſſet arbitrium ſemꝑ eēt bonꝰ: ſȝ defuit ꝛ deſertꝰ ē. Ex hac auc̄te ꝓbatur

pⁱᵐ ꝓpoᵐ pͤ ſic. Adā nō poterat ſine gr̄a quā accepat etiā cuȝ lib. ar. eē bonꝰ. igif nō poterat ꝑ ſuas vires nāles ſine ſpecialꝰ dei adiutorio eē v̄tuoſus. igif nec agere actū virtuoſuȝ vel moralr bonū. añs datur ab Aug. in auc̄te pdicta. ꝯn̄a ꝓbaf: qa illa gr̄a quā accepat vtiq̄ȝ erat ſpāle adiutoriū diſtinctū a ſuis nālibꝰ viribꝰ: qḋ pȝ. tū qa ſiue ipſa eē poterat ſuū li. ar. ꝛ cetere vires nāles: ſic̄ innuit Aug. cū ait. ſine q̄ ēt cū li. ar. ꝛc̄. tū qa de facto illā ꝑdidit: ſicut ſignat Aug. cū dicit: ſed deſeruit ꝛ deſertus eſt: nec tn̄ ꝑdidit

2ᵐ viȝ aliquā nālē: ſȝ fuerit in nālibꝰ vulneratꝰ. 2ᵒ ſic. li. ar. ad malū ſufficit. ad bonū aūt paꝝ eſt: niſi adiuuef ab oīpotēte bono: vt dicit Aug. ꝛ ibi loqͥf de li. ar. q̄le fuit in pͤ hoīe añ pctm̄: vt clarū eſt. tali igif adiutorio idigebat lib. ar. Ade ad faciēdū bonū q̄li nō idigebat ad faciēdū malū. igif adiutorio aliq̄ ſpāli idigebat ad faciēdū bonuȝ: et loquor ſemꝑ de bono v̄tuoſo. ꝯn̄a pȝ: qm̄ ad male faciendū nō ſuffeciſſet ſine influētia gn̄ali. ¶ Sȝ ꝯ h̄ qḋ dcm̄ ē. Cōtra

illḋ adiutoriū datū pͤ hoī fuiſſe aliqd diſtinctū a libo eiꝰ arbi. ꝛ a nālibꝰ viribꝰ vi eē itētio Magr̄i liᵒ 2ᵒ. di. 24. ſic dicētis. hoc ꝯſiderādū eſt ꝙ fuerit illḋ adiutoriū hoī datū in creatione quo poterat manere ſi vellet. ꝛ r̄ndet. illḋ vtiq̄ȝ fuerat libertas arbitrij ab omni labe ꝛ corruptela imunis atq̄ȝ volūtatis rectitudo ꝛ oīum nālium potētiarū aīe ſinceritas atq̄ȝ viuacitas: ex qbꝰ v̄bis videf hr̄i ꝙ illud adiutoriū nō erat res aliq̄ li. ar. ſuꝑaddita: ſed erat ipmmet tn̄ li. ar. nōdū corruptū vel vitiatū: ꝛ alie nāles vires illeſe ꝛ ſane: ac ꝑ hoc ſi ꝑ li. ar. cū tali adiutorio poterat Adā bn̄ agere. ſeqͥf ꝙ ꝑ ſuas vires nāles ꝑciſe ſine alio adiutorio ſpāli poterat facē actū moralr boᵐ. ¶ Ad

R̄ñſ hoc dōm ꝙ iſtud dictū Magr̄i ſic itelligēdū nō couenit dcō Aug. iā allegato: qḋ pȝ. tū qa loquēs ḋ li. ar. pⁱmi hoīs añ pctm̄: qḋ vtiq̄ȝ ꝯſtat tūc fuiſſe icorruptū ꝛ nō vitiatū. dicit illḋ paꝝ eē ad bonū niſi adiuuef ab oīpotēte bono. igif vltra arbitriū illeſuȝ ꝛ nō vitiatū hēbat adiutoriū. qḋ qdē nō erat ipm li. ar. aliogn ipm ſolū lib. ar. qḋ hēbat nō erat paꝝ ad bonū: ſed ſufficiēs ſine idigētia adiutorij. cuiꝰ oppᵐ dicit Aug. tū qa ſi illḋ adiutoriū nō eſt niſi ipȝ li. ar. icorruptū: cū tale ꝑfecto eēt li. ar. Ade añ pctm̄. ſeqͥtur ꝙ ſic̄ ꝑ ſeipȝ ſufficiebat hoī ad malū: ita ꝑ ſeipm ſufficiebat ad bonū. nā ipm vtiq̄ȝ cū illo adiutorio ſufficiebat ad bonū. vn̄ Aug. dicit. ꝙ adiutoriū ſi nō defuiſſet ſemꝑ eēt bonꝰ: ꝛ paulo poſt ſubdit. tale qppe erat adiutoriuȝ ꝙ deſereret cū vellet ꝛ in q̄ ꝑmanēt ſi vellet: ſȝ iſtud ꝯdicit Aug. dicēti de li. ar. Ade. li. arbi. ad malū ſufficit. ad bonū aūt paꝝ eſt ꝛc̄. nec pōt dici ꝙ Aug. loqͥf de li. ar. Ade poſt pctm̄: qḋ tūc vtiq̄ȝ leſuȝ ꝛ corruptū fuit. nā ipſe vult ꝓbare ꝙ pⁱ hoī fuit nec̄iuȝ adiutoriū illḋ vt ꝑſeuerare poſſet in bona volūtate in q̄ creatus erat: vn̄ paulo poſt ſubdit. tūc q̄ dederat deus hoī bonā volūtatē in illa qppe eū fecerat q fecerat rectū ḋderat adiutoriū ſine q̄ in ea nō poſſet ꝑmanē ſi vellet. ad illḋ aūt ꝓbādū aſſumit ꝙ li. ar. ad malū ſufficit. ad bonū aūt paꝝ ē niſi adiuuef: qḋ qdē nihil penitꝰ faciret ꝓpoſito niſi itelligēf de li. ar. icorrupto ꝛ nō vitiato q̄le hēbat Adā añ pctm̄. Ergo vl̄ dcō magr̄i nō eſt aſſentiēdū i hac pte: qḋ ꝛ qdā apte affirmāt: vl̄ itelligēdū eſt i v̄bis illis magr̄i recitatis nō eē cōpletā rn̄ſionē eiꝰ: ſȝ adhuc pēdē ex lr̄a imediate ſequēte q̄ talis eſt. li. ar. eſt facultas rōnis ꝛ volūtatis q̄ bonū eligif gr̄a aſſiſtēte vl̄ malū eadē deſiſtēte: ꝛ poſt pauca: qḋ bonū ē ingt niſi gr̄a addita nō eligit. malū v̄o ꝑ ſe eligit: ꝛ tūc eiꝰ ſnīa ꝯſona eſt v̄bis Aug. pallegatis ꝛ alijs ꝑtie allegādis: ꝛ cōcedif Adā habuiſſe adiutoriū pter ſuū li. ar. nāle illeſum ꝛ icorruptū. h̄ ēt ꝯuenit ſnīe magr̄imet ibidē paulo precedēti: vn̄ i fine pⁱmi capl̄i euſdē .d. ait. his teſtimonijs euidēter mōſtraf ꝙ hō rectitudinē ꝛ bonā volūtatē in creatione accepit atq̄ȝ auxiliū q̄ ſtare poterat: aliogn nō ſua culpa cecidiſſet: in qbꝰ ſatis appet eū aſſerere in creatiōe vltra rectitudinē illā nālē fuiſſe datū hoī adiutoriū quo poterat ſtare. ¶ Scdo ad ꝯclōnē pⁱncipalr arguo ſic. Si 2ᵐ pⁱnlᵉ

Adā ante pctm̄ potuiſſet per ſuas vires nāles pciſe agere actū moralr bonū ipſe potuiſſet facere ſe de non bono bonū. poſito ꝙ aliqnādo fuiſſet ſine omni actu volūtatis cū ſuis tm̄ nālibus aut de bono meliorē deo illuȝ nō ſpecialiter adiuuante. pȝ ꝯn̄a. quoniā quādocunq̄ȝ quis agit actum moraliter bonum ſi non erat bonus nec malus fit ꝑ 2ᵃ ꝯⁿᵉ

bonus:⁊ ſi erat bonꝰ fit melior:ſ3 ꝯñs eſt falſu3:qa ſi Adá
hoc potuiſſet:id etiá potuiſſent angeli boni:qḋ eſt ꝯ Aug.
cap.8. 12° de ci.dei.vbi ait ſic.ſi boni angeli fuerũt ꝑus ſine bōa
volũtate:eãq3 i ſe ipſi deo nō operãte fecerũt.ḡ meliores
a ſeipis ꝙ̃ ab illo facti ſũt.abſit.Seqꝛ.aut ſi nō potuerũt
ſeipos facere meliores ꝙ̃ eos ille fecerat q̊ nemo melius
ġcꝙ̃ facit ꝑfecto ⁊ bonã voluntate3 q̃ meliores eẽnt niſi
operãte adiutorio creatoris hꝫe nō poſſent.Ex q̄bus etiã
v̊bis ꝓbaꝛ ꝯña ipſa facta:nec pōt dici ꝙ Aug.itelligat de
adiutorio ĩfluẽtie ḡñalis tm̃:qꝛ tũc ſilr eẽt dōm ꝙ ange
li nō potuerũt deo nō operãte in ſe facẽ malã volũtatem:
aut per ſe fieri mali:qḋ nullus v̄ſus ſcōꝝ admittit.❡Ꝑ.
Nō ſilr poſſe dici docet eccl̃ia ex̃ de ſũ.tri.⁊ fi.ca.c.firmi
ter dicẽs diabolus ⁊ alij demones a deo q̄de3 nã creati
3ᵐ ſunt boni:⁊ ipſi ꝑ ſe facti ſũt mali.❡3° ſi Adã potuit ⁊c̃.
igiꝛ potuit ꝑ ſolas vires ſuas nãles ſuare diuũ mãdatu3
⁊ diaboli tẽtationi reſiſtere ⁊ in rectitudie iuſtitie in q̊ fa
ctus erat ꝑmanere.p3:qa tentãte diabolo potuit velle ꝑꝑ
deũ nō comedere:⁊ ſic ꝯ quãlibet tentationẽ potuit hꝫe
actũ bonũ moralr:ac ꝑ ꝯ̃ manere in ſua rectitudine ⁊ nō
cap.47 cadere:ſ3 ꝯñs eſt expſſe ꝯ Aug.d.de nã ⁊ gr̃a.ꝙ eiꝰ li.ar.
ꝑ gr̃a3 ſibi ꝓ datã adiuuabaꝛ vt ſine ꝯ̃ adiutorio in bono
nō maneret:⁊ iteꝝ ꝙ deꝰ dederat adiutoriũ ſine quo etiã
cũ lib.ar.nō poſſet eẽ bonꝰ nec in bona volũtate manere:
cap.49. vt ꝓxie l3 ſparſim allegatũ eſt.Et iſup inq̄t.Si ꝯ̃ adiuto
riũ vl' angelo vl' hoi cũ p̊ᵐ facti ſũt defuiſſet:qm̃ nō talis
nã facta erat vt ſine diuo adiutorio poſſet manere ſi vel
let nō vtriq3 ſua culpa cecidiſſet:adiutoriũ q̄ppe defuiſſet
ſine q̊ manẽ nō poſſet. Nũc aũt q̄bꝰ deeſt tale adiutoriũ
iã pena pctĩ eſt:q̄bꝰ aũt daꝛ ſm gr̃am daꝛ nō ſm debitũ.
Expſſa ẽ auctas nec explicari idiget nec applicari. Itẽ in
cap. 116. enchi.loquẽs de ſtatu hois añ pctm̃.ait.et ſi pctm̃ in ſolo
li.ar.ꝯſtitutũ eẽt.nō eñ iuſtitie retinẽde ſufficiebat li.ar.
niſi ꝑticipatione imutabilis boni diuinu3 adiutoriũ prebe
retꝛ:ſicẽ eni mori in ꝑtãte eſt hois cu3 velit:⁊ nemo eſt:q̄n
ſeipm̃ vt nihil aliud dicã vel nō veſcẽdo poſſit occidere.
Ad tenẽdũ v̊o vitã volũtas non ſatis eſt ſi adiutoria ſiue
alimẽtoꝝ ſiue quorũcũꝙ tutaminũ deſũt.ſic hō in para
diſo ad ſe occidendũ relinquẽdo iuſtitiã idoneꝰ erat per
voluntatẽ:vt aũt ab eo teneretꝛ vita iuſtitie parũ erat vel
cap. 27. le niſi cũ ille q̄ fecerat adiuuaret. Itẽ 14° ꝺ ci.dei.ait.cur
nō ꝑmitteret deꝰ vt ab illo.ſ.malo angelo hō q̄ rectus ꝯ̃
eſt bone volũtatis creatꝰ fuerat tentaretꝛ:qñq̄de3 ſic erat
iſtitutꝰ vt ſi de adiutorio dei fideret bonꝰ hō malũ ange
lũ vinceret.Si aũt creatorẽ atꝙ adiutorẽ deũ ſupbe ſibi
placẽdo deſereret vinceretꝛ meritũ bonũ hñs in adiuta di
uinitus volũtate recta.malũ v̊o in deſerẽdo deũ volũta
te peruerſa:qa ⁊ ipm̃ cõfidere de adiutorio dei:nō quidẽ
poſſet ſine adiutorio dei:nec tñ iō ab his diue gr̃e benefi
cijs ſibi placẽdo recedere nō hẽbat in ꝑtãte.Ex his habe
tur expſſe:ꝙ Ada3 vtiꝙ fidens de adiutorio dei poterat
vincere tentatorẽ:⁊ ꝑ hoc inuit ꝙ nō aliter poſſet.fidere
aũt nō poterat ſine adiutorio dei.⁊ per ꝯñs nec ſine eius
adiutorio vincere. Rurſus imediate ſubiungit.nã ſicẽ in
hac carne viuꝛ ſine adiumẽtis alimẽtoꝝ in ꝑtãte nō eſt.
nō aũt in ea viuere in ꝑtãte eſt:qḋ faciũt q̄ ſeipſos necãt:
ita bñ viuere ſine adiutorio dei:etia3 in paradiſo nō erat
in ꝑtãte.erat aũt in ꝑtãte male viuere.Ex his auctibꝰ cla
re puto patere illud ꝯñs eſſe falſu3 quo ad ſingulas eius
ꝑtes:⁊ ꝯnẽ etiã ipſa3 eẽ verã:nec pōt hic valere fuga de
adiutorio ḡñalis influẽtie:cũ ꝯſtet ꝙ nec etiã male viue
re hō ſine tali adiutorio potuiſſet.loqꝛ igiꝛ de adiutorio
Coñeᵐ ſpãli.Ex hac ꝯne ego iſero ꝯnẽ pro me alias ꝓpoſitã etia3
ſupra diſ.26.v3 ꝙ hō in pñti ſtatu dei etiã ḡñali iſluẽtia
ſtãte nō pōt ſine ſpãli dei auxilio agꝛ actũ aliq̄ue3 bonũ:

loquẽdo de actu moralr bono:vt nũc fuit expoſitũ.ꝓbaꝛ
ſic.Adã añ pctm̃ ſuũ nō potuit ex ſuis viribꝰ nãlibꝰ ſine
alio dei auxilio ꝑter influẽtiã eius ḡñalẽ agꝛ aliquẽ actũ
moralr bonũ.igiꝛ nec hō pro pñti ⁊c̃.añs ꝓbatũ eſt.ꝯña
p3 ex eo ꝙ li.ar.hois nũc nō eſt potẽtius ad bñ agẽdũ:nec
etiã aliq̃ alia vis nãlis hũans ꝙ̃ fuit in Adã añ pctm̃ : ſ3
minus:cũ ꝓpter illiꝰ pctm̃ cuiuſlibet ex eo nãliter deſcẽ
dentis liberu arbitriũ ſit vulneratũ ⁊ īfirmũ:vt declara
uit nobis Saluator in parabola ſauciati:⁊ cõfiteꝛ cõiter
tota doctrina ſcōꝝ.Hãc ꝯnẽ in ſe l3 etiã tũc multiplr pro
bauerim ad maiorẽ v̊itatis declaratione3 volo adhuc ex
q̄buſdã alijs fundamẽtis catholicis cõfirmare.⁊ ꝓ q̄dem ꝓᵐ
ex aliq̄bꝰ regulis circa mãm iſtã per Celeſtinũ ꝓmũ pa
pã poſitã ex declationibꝰ ſũmoꝝ põtificũ ꝓdeceſſoꝝ ſuo
rũ ⁊ africanoꝝ ꝯciliorꝝ:vt ipſe teſtaꝛ:formatis in oibꝰ fi
delibꝰ ꝓpoſitis vt ex eis tãꝙ̃ ex ꝓncipijs in his q̊ ad hãc
mãm ſpectãt ꝯñr dicẽdis ſalubriter reguleñꝛ.ipſe ſiq̄dẽ
ſm ꝙ p3 ex libro ꝯciliorꝝ eccl'ie per beatũ Iſidoꝝ recole
ctoꝝ in ſua decretali ep̃la quã ꝓpter aliquos:qui poſt dã
nationẽ Pelagij ⁊ Celeſtini:ac mortẽ btiſſimi Aug.ꝓſu
mebãt in ꝑtibꝰ galliaꝝ aliqualr fauere pelagianis errori
bus:⁊ Aug.tãꝙ̃ in iprobãdo illos exceſſerit necũm mo
dũ detrahere:ſicẽ ꝓdictus papa relõne ſci Proſperi ⁊ Hy
larij epi arelateñ.acceperat:deſtinauit ad vniuerſos epi
ſcopos galliarũ:ꝓmiſſis ꝓmo epoꝝ icrepatione:qui taliũ
diſputationibꝰ nō obſiſtebãt:ac mirabili cõmendatione
btiſſimi Aug.de vli ⁊ ꝯtinuata ſemꝑ ſinceritate catholi
ce fidei ⁊ excellentia ſapie ⁊ vite ſanctitate:iter cetera q̊
ſequunꝛ.ait ſic.Ut ḡ plenꝰ qui in aliquo dubitãt iſtruã
tur:cõſtitutiones ſcōꝝ patrũ cõpendioſo manifeſtemus
indiculo:ꝙ ſi quis nō nimiũ eſt cõtẽtioſus agnoſcat diuũ
diſputationũ cõnexionẽ ex hac ſubditaꝝ breuitate pẽde
re.nullãꝙ ſibi ꝯdictionis ſupeſſe rõnẽ:ſi cum catholicis
credat ⁊ dicat. In preuaricatione Ade oẽs hoies nãlẽ im
poſſibilitatẽ ⁊ inocentiã perdidiſſe:⁊ neminẽ de profun
do illius ruine per li.ar.poſſe ꝯſurgere:niſi cũ gr̃a dei mi
ſerantis erexerit.hec eſt p̊ᵃ regula quã ipe trahit:vt moꝝ
oñdit ex ep̃la Innocentij ꝓmi ad cartaginenſe cõcilium.
Ex hac regula ſic cõcludo ꝓpoſitu3.ſi in hoc ſtatu hoies
pñt ex ſuis nãlibꝰ viribus ſine ſpãli adiutorio dei agere
bonũ moralr:nō oẽs hoies in ꝑuaricatione Ade perdide
runt poſſibilitatẽ nãlẽ bñ agẽdi:cuius oppoſitũ tradit ca
non ꝓdictus:quẽ de poſſibilitate nãli ad bñ agendũ intel
ligi debere quilibet nō nimis cõtẽtioſus ſtatim fatebiꝛ.
ꝯña ꝓbaꝛ ex eo ꝙ dato añte nō pōt aſſignari quã nãlem
poſſibilitatẽ hoies in Ade preuaricatiõe perdiderint.nō
eni dici pōt ꝙ poſſibilitatẽ nãlem ad agendũ bñ merito
rie:qm̃ nec ipſe Adã ſm cõem diuũ doctoꝝ conceſſionẽ
potuit ex ſuis viribꝰ nãlibus ſine adiutorio gr̃e ġcꝙ̃ age
re meritorie:⁊ ꝑ ꝯñs nec nos eiꝰ pctō talẽ nãlẽ poſſibili
tatẽ perdidimus:qa nec talẽ ſi ille nō peccaſſet habuiſſe
mus:ſicẽ etiã ipe nō habuit.❡S3 forſitan ex eadẽ auctẽ Dubiũ
īgeret quis mihi difficultatẽ ⁊ quereret.quã ego nãle3 poſſi
tatẽ dicam hoies in Ade preuaricatiõe perdidiſſe:qui in
quio ipm̃ nō potuiſſe ſine ſpãli auxilio dei:vel bene mo
ralr agere.❡Rñdeo ꝙ poſſibilitas nãlis Ade ad bene Rñſio
agẽdũ fuit añ pctm̃ talis:ꝙ ipe per libeꝝ arbitriũ ſuaſq3
vires nãles cũ adiutorio habitualis gr̃e ſuis nãlibus ad
dite ſufficiebat ſine alio ſpeciali auxilio dei agere bene
moralr:ſicut patebit in ſequẽti ꝯclõne:⁊ ſuppoſito ꝙ ha
buerit gr̃am gratum facientẽ potuit etiam agere merito
rie. Nũc autẽ ꝓpter illius preuaricationẽ infirmatis na
turalibus viribus hominis ⁊ vulnerato lib.arbi.nemo ꝑ
ſuas vires etiã cũ habitualibꝰ donis ſilibus donis dotis
Ade ſufficit ſine dei auxilio ſpãli agere ġcꝙ̃ bñ morali

ter:ſed eſt adhuc aliud auxiliuz ſpāle ſibi neceſſe̾.ſ.ꝙ de⁹ moueat volūtatē ei⁹ faciēdo eā bn̄ velle:⁊ ꝯñter bn̄ opari ⁊ pficere:qḋ bn̄ voluerit ſicͭ als in diſt.26.dixi.Ex q̄ vtiqꝫ pꝫ ꝙ quā ipſe Adā habuit ⁊ ſi nō peccaſſet nos ēt habuiſ-
2ª regla cap̄ 7º ſemus poſſibilitatē nālē pdidim⁹.¶ Aliaz regulā ſubdit ſic.qḋ nemo niſi per xp̄m libero bn̄ vtatur arbitrio:⁊ ſumit eā ex ep̄la memorati pape Inno.ad Milenitanū cōciliuz.ex hac ſic nemo ſine ſpāli adiutorio dei bn̄ vtit̄ li.ar.igit̄ nemo ſine ſpāli dei auxilio agit bn̄ moralr̄.pꝫ ꝯña. nā agē bn̄ moralr̄:vt in ꝓpoſito capio ⁊ als poſui:eſt agere ꝯformiter recte rōni ſm oēs circūſtantias requiſitas ad h ꝙ actus ſit vere v̄tuoſus.nullus aūt diceret qn̄ ſic agēs bn̄ vtat̄ li.ar.añs pꝫ.nā cū ait Papa.niſi per xp̄m nō eſt dubiuz qn̄ velit ſignare ſpāle illud auxiliuz:⁊ nō tm̄ gñalem influētiā qua cōiter fidelib⁹ ⁊ infidelib⁹ bonis ⁊ prauis hoibus:⁊ brutis ⁊ inſenſatis arborib⁹ auxilium p̄bet.
3ª regla cap̄ 9º ¶ Tertia eſt talis:ꝙ ita de⁹ in corꝑib⁹ hoīz atqꝫ in ipo li.ar.operet̄ vt ſcā cogitatio pium ꝯſiliuz:oīſqꝫ mot⁹ bone volūtatis ex deo ſit:qꝛ per illū aliqd boni poſſum⁹ ſine quo nihil poſſumus:quā ꝯfirmat auctē alterius Pape.ſ. zoȝimi qui vt ſubdit.Cū ad toti⁹ orbis ep̄os de diuine gr̄e oppitulatione loqueret̄.Qḋ ḡ ait tp̄s interuenit quo ei⁹ nō egeamus auxilio. In oīb⁹ igit̄ actib⁹ cauſis cogitationib⁹ motib⁹ adiutor ⁊ pꝛector orādus eſt. Superbuz eſt eniz vt qcq̄ ſibi humana nā p̄ſumat.Et ad hāc muniendā ſniam plures ſubdit auctēs Apl̄i:inter q̄s iſte ſunt.Grā dei ſuz id qḋ ſuz.Et pl̄s oīb⁹ laboraui nō ego:ſed gr̄a dei mecū:per q̄s ⁊ ꝑ id qḋ interpoſuit.ſ.cū de diuine gr̄e oppitulatione loqueret̄ pꝫ ſcripturarū morē ſciētib⁹:⁊ eas nō ꝯtentioſe īterpretātib⁹:ꝙ hic de auxilio ſpāli ⁊ nō tm̄ de influētia gñali loquunt̄:ſꝫ ſi ſine ſpāli dei auxilio agūt aliq bn̄ moralr̄ ſeu v̄tuoſe nō ois mot⁹ bone volūtatis eſt ex deo:nec in oibus actib⁹ cauſis cogitationib⁹ motib⁹ ipſe eſt orandus adiutor.atteſtāte ſnia Cartaginēſis ꝯcilij per me als allegata dicētis:q̄s nō videat a dn̄o inaniter peti ⁊ fallaciter orari:cū orādo poſcunt̄ que nāe nr̄e iā ita ꝯdite ſufficiētib⁹ virib⁹ obtinent̄ ſibi ēt nedum qcq̄:ſed multum ſibi p̄ſumit humana nā cū p̄ſumit ſe ſine adiutorio poſſe agere opus vere v̄tuoſuz. Nec valet dici ꝙ h loquant̄ iſti ſancti pontifices de actib⁹ meritorijs tm̄mō.ꝓpterea qꝛ dicit vt ſcā cogitatio:qn̄imo ꝙ ēt de oībus bonis actibus vl̄r intēdant:inde magis appet:qꝛ poſtq̄ dicit ſcā cogitatio piū ꝯſiliuz vt vl̄r oēs cōprehēderet:addidit omniſqꝫ mot⁹ bone volūtatis.Et iterū qꝛ inqt per illuz aliqd boni poſſum⁹ ſine quo nihil poſſum⁹.ſ.boni.iux̄ doctrinā Aug. in de v̄bis Apl̄i.ſer.12.dicētis.cū dico tibi ſine adiutorio nihil agis.nihil boni dico.nā ad male agēduz habes ſine adiutorio dei liberā volūtatē.vbi appet ꝙ bonū vl̄r accipit diſtincte ꝯ malū:⁊ nō niſi ad malū dicit nos hēre ſine dei adiutorio liberā volūtatē.nemo aūt ſane mētis diceret act⁹ bonos moralr̄ ⁊ vere v̄tuoſos:ac per h recte laudabiles maloꝝ noie iportari.plura alia ponit in illa ep̄la Papa p̄dict⁹ hāc ſniam roborātia:qb⁹ oībus poſitis ꝯcludit ep̄lam ſic.Satis ſufficere credim⁹ qcqd ſm p̄dictas regulas ap̄lice ſedis nos ſcripta docuerūt:vt prorſus non opinemur catholicū qḋ apparuit p̄fixis ſentētijs eē ꝯtrariū. deinde eādem ſnē ꝯfirmo auctē alterius pape.ſ.Innoc. ſcḋi.q vt pꝫ in lib⁹ ep̄larū bt̄i Bernardi.ep̄la 194º.dānauit errores Petri abaylardi.⁊ ei tanq̄ heretico ſilentium īpoſuit.īter illos ſiqdē errores:ſicͭ pꝫ in ep̄la īmediate p̄cedēte eidē pape directa ſex⁹ vocat̄ in his v̄bis.Qꝫ li.ar.ꝑ ſe ſufficit ad aliqḋ bonum.Ex quo ꝯñs eſt vt catholice ſit fatendū ꝙ li.ar.ꝑ ſe ad nullū ſufficit bonū:⁊ ſi ad nulluz. igit̄ nō ad aliquē actū vere v̄tuoſuz vel moralr̄ bonū:cui ſnie ꝯcordat auctas Aug.in libro de p̄deſtinatione diuina.

ſic dicētis.liberuꝫ v̄o qḋ a deo hēmus arbitrium ꝓno ad negtiam lapſu ſuit:⁊ cū ad v̄tutis indolē dei auxilio deſerēte nihil poſſit:ad genus oē peccati idonea fultū v̄tute ſubſiſtit.qūo pōt dici nō ꝯtradicēdo prorſus ei⁹ intētioni ꝙ poſſimus ſine auxilio dei actū aliquē vere v̄tuoſuz agere:cū expreſſe dicat ꝙ liberū nr̄m arbitriuz ad v̄tutis indolem dei auxilio deſerēte nihil pōt:vel qūo pōt gloriari de auxilio gñalis influētie cū dicat ip̄m idonea fultū v̄tute ad omne gen⁹ peccati:⁊ per ꝯñs ad oēs malas volitiones.in quarū tm̄ nullā ſubmota gñali influētia dei poſſet.
¶ Et ꝯfirmat̄ iſtud:qm̄ cū Caſſianus collat.13ª dixiſſet. cap̄ 12º
cauendū nobis eſt ne ita ad deum oīa ſcōꝝ merita referamus:vt nihil niſi id qḋ malū atqꝫ ꝑuerſuz eſt humane aſcribamus nāe.S.Proſper qui ꝯ illā collationē edidit libꝛuz īntitulatū pro Predicatoribus gr̄e:approbās bn̄ dicta ⁊ male dicta ꝯdemnās:h dictū velut nō catholicū reſpuit.ſ.q̄ſi nā ante gr̄am nō ſit in dānatiōe:nō ſit in cecitate:nō ſit in vulnere:ex quo pꝫ euidēter ꝙ ſm intētionē ſci Proſperi catholice ꝯfitendū eſt ꝙ abſqꝫ gr̄a hō nō poſſit niſi male ⁊ ꝑuerſe agere.¶ Itē cū hr̄us Aug⁹a Pelagianis īformaret̄ de aliqb⁹ velut catholice doctrine repugnātibus:⁊ īter cetera obijceret̄ qḋ diceret:ꝙ deus falſe plaſmet in hoīb⁹ arbitriuz q̄le eſt demonū:qḋ ꝓꝑo motu nihil aliud poſſit vel velit niſi malū:ſicut pꝫ in libello ei⁹ qui vocat̄ ꝯfutatio catholica capl̄oꝝ ſup falſo imputa- cap̄ 6º
toꝝ.ipſe r̄ndendo.ibidē.nequaq̄ dictā obiectionē negauit:ſed q̄ntuz ad ſimilitudinē poſitā tm̄mō dr̄iaz aſſignauit.Sed h inter malos hoīes diſtat ⁊ demones ꝙ hoīb⁹ ēt valde malis ſupeſt ſi deus miſereat̄ recōciliatio.demonibus aūt nulla eſt ſuata ꝯuerſio.Qꝫ aūt ex ſe nō poſſit hō niſi malū:nō ſolū nō negādo innuit ſed ēt ſatis ꝯfitēdo expreſſit dicēs:toc⁹ mūdus:ſicͭ ait apl̄s Jo.in maligno poſitus eſt.⁊ multoꝝ talis eſt malitia q̄lis ⁊ demonū. In h tm̄ ſubiunxit dr̄iam que iam poſita eſt. In p̄cedēti ēt cap̄ nō negat:ſed ſe ꝯcedere iſinuat ꝙ hō nāli motu nō poſſit niſi peccare.Et his ꝯſonāt eius alie expreſſiores auctēs ſupra recitate.ſ.de corre.⁊ gr̄a.⁊ de verbis Apl̄i.ſer.12.⁊ ēa ca⁹ 47ᶠ
que ꝓxie recitata eſt de lib.eiuſdem de predeſti.diua. Ex his aūt colligit̄ catholice dōm ꝙ hō nō pōt per li.ar.ſine auxilio dei quicq̄ velle vel agere:niſi male ⁊ culpabilr̄.⁊ itelligendū eſt de alio auxilio p̄ter influētiam gñalez:qm̄ ſine illa ꝯſtat eūz nō poſſe qcq̄ velle vel agere neduz bn̄ ſed nec male:cū tm̄ in p̄dictis auctib⁹ affirmet̄ hoīem ſine dei auxilio poſſe male velle ⁊ male agere. Ex quo fundamēto euidēter ꝯcludit̄ ꝙ hō non pōt agere qcq̄ bn̄ moralr̄ ſeu v̄tuoſe ſiue meritorie ſiue nō meritorie ſine ſpāli auxilio dei:cū nullus act⁹ v̄tuoſus ſit malus vel culpabilis:vt clarū eſt.¶ Tertia ꝯcl'o eſt ꝙ Adā an̄ pctm̄ ꝑ li. 3ª ꝯ
ar.⁊ vires nāles ſuas ac adiutoriuz gr̄e ſupadditū qḋ habebat ſil' cū gñali dei influentia potuerit abſqꝫ alio ſpāli auxilio dei agere actū moralr̄ bonū. ꝓbat̄ p̄ auctē Augu. p̄ᵐ
hypoñ.r̄nſione 3º.in p̄n⁰.vbi recitās vnū errorē Pelagij ait. Iterū poſſe dicūt hoīem ꝑ li.ar.ꝑ ſe ſibi ſufficiētē implere qḋ velit.Et poſt ꝯ h inqt ſic. R̄ndemus.neminem poſſe ꝑ ſe ſibi.i.ꝑ li.ar.ſufficere iplere qḋ velit.recte dicimus niſi ꝓtoplaſtū ſolū potuiſſe cū voluntas li.ar.fuiſſet ſana eidē an̄ culpā.⁊ paulo poſt ꝓbās iſtud auctē ſcripture ait.nā vt clari⁹ li.ar.cū poſſibilitate bono qḋ valeret iplere qḋ voluiſſet Adā factū itelligas:audi qd dicat ſcriptura ſcā eccl'iaſtico lib⁰ de⁹ inqt ab initio fecit hoiez ⁊ reliqt illū in manu ꝯſilij ſui:addidit mādata ⁊ p̄cepta ⁊c̄.qd eſt aūt reliqt eū in manu ꝯſilij ſui niſi dimiſit illū i poteſtate arbitrij ſui. In manu.n.poteſtas itell'r.ipa eſt p̄⁰ gr̄a q̄ p̄m⁹ hō ſtare potuiſſꝫ ſi ſꝫ nāe doni mādata voluiſſet.h Aug. Ex his v̄bis pꝫ ſm Aug.ꝙ Adam per lib.ar.talr̄ dotatuz

qualr͛ habebat ante culpam.ſ.cū bono poſſibilitatis ſeu
gr͂a illa p̄ma ſufficiebat ſibi iplere qd̄ vellet.ceterarū vō
neminē ſibi ſufficere:per qd̄ pȝ eū loqui de ſufficiētia ad
bonū.nā ad malū ēt alij ſibi ſufficiunt.hoc ēt pȝ ex eo qd̄
dicit Adā per li.ar.cū bono poſſibilitatis potuiſſe ſtare ſi
voluiſſet ſeruare mādata.per qd̄ ēt innuit ꝙ potuiſſet ſer-
uare mādata.igit̄ potuit agere bonū actū moralr͛.ſi vō ſi-
bi ſufficiebat.ad h̄ igit̄ non indigebat alio auxilio ſpāli.
alſ ceteri poſſent dici ſibi ſufficere ēt ad bonum:q2 ɔſtat
ꝙ ipſi ꝑ li.ar.cū ſpāli adiutorio dei pñt agere bonū ⁊ oīa
z^m dei mādata cōplere:⁊ tñ de ceteris illud negat. ¶ Scdo.
aut Adā ꝑ li.ar.cū adiutorio gr͂e addito poterat ſtāte in-
fluētia gn̄ali ſine alio ſpāli adiutorio ſuare mādatū dei:
vl̄ nō.ſi ſic.igit̄ potuit agē actū bonū moralr͛.ſi nō.igit̄ nō
ſeruādo nō peccauit:qd̄ nō eſt dcm̄.ɔñia pbat̄:q2 nō fa-
ciēs:qd̄ nō potuit facē:ſi impō id faciēdi nō ſibi ꝑuenerit
ex pctō:neq̄q̄ peccat.nā pctm̄ qd̄ nō eſt pena pcti:veriſſi
me diffinitū eſt ab Aug.in de duab^9 aīab^9.pctm̄ eſt volū-
cap 15° tas retinēdi vel ɔſeqnēdi qd̄ iuſtitia vetat:⁊ vn̄ liberū eſt
abſtinere:vt idē dicit i retrac.p^m aūt pctm̄ Ade nō fuit pe-
na pcti:nec illa ipotētia ſi fuiſſet ꝑueniſſet ſibi ex pctō ali
cap 49° quo.q̄re ⁊c̄.hanc rōnē ſatis innuit Aug^9 in de correc.⁊ gr͂a.
Sco. qui vt pȝ in auc̄te in 3ª rōne p̄ ɔ̄ne z^a allegata. ¶ Cōtra h̄ tñ
bardus arguit vn^9 modernus doctor tenēs ptem oppoſitā: q2 ſi
in ſē. Adā cū accepta gr͂a potuit ſuare mādatū ſine alio adiuto
li. z. c. 9. rio.igit̄ potuit ēt ſine alio ſpāli adiutorio tētationē ſupa-
re:⁊ pctm̄ qd̄lȝ p̄cauere:⁊ cū iam poſt lapſū nō ſit li.ar.
hoīs īfinite debili^9:q2 ſic totā fortitudinē ſuā penit^9 ami-
ſiſſet:poſſet ēt nūc cū tāta gr͂a q̄ntā tūc habuerit tētationē
aliquā ſupare.ſ.debiliorē intantū inq̄ntū ipm̄ li.ar.eſt de-
bili^9 nūc q̄ȝ tūc:vel ponat̄ ꝙ q̄ntū li.ar.eſt debilitatū in
tantū hēat gr͂am ampliorē.ɔñs aūt h̄ eſt fl̄m:vt dic̄.⁊ ego
Rñſio. ēt dico:vt patuit ī.q.p̄cedēte. ¶ Rñdeo ⁊ ɔcedo p^am ɔñam.
Scdam aūt nego.nec pbō valet:ſic pȝ in ſilī.nā certū ē ꝙ
oculus ſan^9 ſtāte īfluētia dei gn̄ali cū adiutorio lucis pōt
aliquē colorē in certa diſtātia vidē ſine adiutorio alio dei
ſpāli:⁊ tñ talr͛ pōt eē īfirm^9:ꝙ nō cū tāta luce nec cū quā-
tacūq3 maiore vel minore poterit illū colorē aut aliū in
illa aut alia diſtātia vidē ne p̄us ſanet̄:ſic in ꝓpoſito eſt:
q2 li.ar.vtrūq3 per pctm̄ p̄mi hoīs īfirmatū eſt ⁊ vitiatum
vitijs que ab origie q̄libet ɔ̄hit:q2 nō ſolū fuit p̄uatū gra-
tuitis:ſȝ ēt in nālibus vulneratū.⁊ q2 debilitatio li.ar.nō
fuit p̄ciſe ꝑ ſubtractionē adiutoꝝ:ſȝ ēt per acceſſū infir-
mitatis ⁊ vitij:q̄le nullū erat p̄us in eo:iō per nullā appō-
nē habitualis gr͂e adiuuātis ſuppleri pōt po^9 ei^9 niſi cū h̄
ꝑfecte ab īfirmitate ſanet̄:qd̄ nulli in hac vita de cōi lege
3^m ɔtingit. ¶ Tertio pōt ɔfirmari ɔ̄ alia auc̄te Augu.in de
bo.pſe.nō multo poſt p̄n^m dicētis:ꝙ nō īferri in tētationē
⁊ nō diſcedere a deo nō eſt oīno in virib^9 li.ar.q̄les nunc
ſunt.fuerat aūt in hoīe anq̄ȝ caderet:ſi aūt nō diſcedere a
deo ⁊ nō cadere in tētationē fuit oīno in virib^9 li.ar.hoīs
anteq̄ȝ caderet.igit̄ nō indigebat ad nō diſcedendū alio
ſpāli adiutorio:aliogn̄ nō oīno ſȝ aliqualr͛ tñ ⁊ p̄tialr͛ id
fuiſſet in virib^9 ei^9:per vires aūt eius nō tñ ipm̄ li.ar.ſȝ
ēt vim ⁊ adiutoriū ſibi collatū debem^9 accipe:ſic ɔteſtā-
tur auc̄tes iducte ſupi^9. Tertia h̄ ɔ̄ vtrūq3 mihi magis cō-
ſona vr̄ dictis ſcōꝝ:ſine aſſertiōe tñ ⁊ abſq3 p̄iudicio me-
lioris deliberationis ſit poſita. Et h̄ q̄ntū ad ar^m p̄mū.

z^us artic^o QUANTUM ad z^m pono p̄ncipalr͛ vnā ɔ̄nē tñ:vȝ ꝙ
Adā poſt ſuū lapſū nō potuit per ſuas
vires nāles abſq3 ſpāli auxilio dei facere aliquē actū mo-
ralr͛ bonū.pbat̄ ſic.Adā ex ſuo pctō incurrit ignorātiam
agēdoꝝ ptinētiū ad vitā moralē:ita ꝙ poſtea nō potuit
ſine ſpāli auxilio dei de aliq̄ agēdo vel vitādo ſufficiēter
cognoſcere ipm̄ eē agēdū:⁊ pp̄ qd:⁊ queadmodū eēt agē-
dū:nec de aliq̄ vitādo potuit ſufficiēter cognoſcere an ⁊
queadmodū eēt vitādū. Incurrit ēt īfirmitatē ⁊ ipotētiā
q̄ntū ad volūtatē:ita ꝙ poſtea nihil volēdū potuit vel-
le pp̄ qd:⁊ queadmodū eēt volēdū:nec aliqd nolēdū po-
tuit nolle pp̄ qd̄:⁊ queadmodū erat nolēdū:⁊ per has cir-
cūlocutiones pp̄ qd̄:⁊ queadmodū itelligo oēs circūſtan-
tias reqſitas ad h̄ ꝙ actus aliqs ſit moralr͛ bonus ſeu ve-
re v̄tuoſus.igit̄ Adā non potuit poſt lapſum ſine auxilio
ſpāli agere aliquē actū moralr͛ bonum.ɔñia eſt euidēs.⁊
pmā ptē añtis pbo auc̄te Aug.3° de li.ar.dicētis ꝙ Adā ⁊ cap 40°
Eua cū p̄ peccauiſſent ⁊ in errorē ⁊ in erumnā ⁊ in mortē
p̄cipitati ſūt.⁊.c.p^xime p̄cedēte.illa inqt eſt pcti pena iu-
ſtiſſima vt amittat q̄ſq3 qd̄ bn̄ vti noluit cū ſine vlla poſ-
ſet difficultate ſi vellet.i.vt q ſciēs recte nō facit amittat
ſcire qd rectū ſit:⁊ qd recte facē cū poſſet noluit:vn̄ amit-
tat poſſe cū velit.in Ench.ēt loquēs de p̄mis peccātibus cap 28°
angelo.ſ.⁊ hoīe.dicit ꝙ eis volētib^9 ſubīntrauit ignorātia
rerū agēdaꝝ ⁊ ɔcupiſcētia noxiarū:ex q̄bus pȝ ꝙ Adā in
damnatiōe ſui pcti icurrit ignorātiā agēdoꝝ ꝑtinētiū ad
moralē vitā. ¶ Itē Ugo de ſacr.lib^o p̄.par.6.⁊ Magr̄ li- cap 13°
bro z^o.d.zz.dicūt ꝙ Adā peccādo amiſit ſciaȝ eā que ſȝ
ipſos erat qua ipe p̄us cognoſcebat qd agere ⁊ qd cauere
debebat. Inſup btūs Proſper in lib^o ſuo ꝓ p̄dicatoribus
ɔ̄ Caſſianū reprehēdit illū:q2 in collatiōe ſua de ꝓtectiōe cap 12°
dei dixit.Cōcepit ergo Adam poſt p̄uaricationē quā non
habuerat ſciam mali.boni vō ſciam quā acceꝑat nō ami-
ſit.dicēs vtrūq3 eē fl̄m.igit̄ amiſit Adā ſciam boni:⁊ per
ɔñs bene agēdi.igit̄ poſtea nō poterat ex ſe ſine mīa:⁊ ſpā-
li auxilio dei cognoſcere ſufficiēter:qd agere:aut qd vi-
tare deberet.pȝ ɔñia:q2 a pena ⁊ damnatiōe ſui pcti diui-
nitus illata non potuit ſeipm̄ liberare. Scdam ptē añtis
pbo p̄ ſic.Adā nō potuit poſt ſuū lapſum ſine ſpāli auxi-
lio dei recte deū diligere.igit̄ nō potuit ſine ſpāli dei adiu-
torio aliqd bn̄ velle.añs pȝ per Aug.de fide ad Petrum. cap 3°
dicentē.deus q̄ppe cognoſcēdi ac diligēdi ſe nō niſi ange-
lis ⁊ hoīb^9 indidit facultatē:q̄bus pp̄ arbitrij libertatem:
que maxime debuit itellectuali creature creatoris beni-
gnitate ɔferri:ita cognoſcēdi ac diligēdi ſe facultatē volū-
tatēq3 donauit:vt eam vnuſq̄ſq3 ⁊ hīe poſſet ⁊ ꝑdere. Si
qs tñ eam ſponte ꝑderet ſuo deinceps arbitrio reſumere
nō valeret.ɔſtat aūt ꝙ Adā ſponte ꝑdidit talē volūtatē.
ɔñia p̄ma clara eſt. Scdam pbo ſic.Adā ſine ſpāli auxi-
lio dei nō potuit aliqd pp̄ deū vltimate velle.igit̄ nō po-
tuit ſine ſpāli auxilio dei aliqd velle pp̄ id vltimate pp̄
qd̄ debebat vltimate velle:ac per h̄ nec bn̄ moralr͛ velle:
cū ad moralē bonitatē reqrat̄ itētio debiti finis.ɔñia ꝓ-
bat̄ ex eo qd̄ vt ꝓbatū eſt ſupra.di.z6.q.p^a.deus dȝ eē vl-
timat^9 finis oīs nr̄e volūtatis ⁊ actiōis:qd̄ nūc ēt ɔfirmo:
q2 q̄cūq3 vult aliqd vel vult deū:vel aliud a deo.ſi deū:⁊
nō pp̄ ſe ſed pp̄ aliud:vtit̄ fruendis qui actus culpabilis
eſt:⁊ per ɔñs nō moralr͛ bonus.ſi vult aliud a deo:⁊ non
pp̄ deū vltimate ille act^9 eſt vltimate pp̄ aliud a deo:⁊ ꝑ
ɔñs ille vult aliqd aliud a deo pp̄ ſe:⁊ ſic fruit̄ alio a deo:
⁊ ꝑ ɔñs eius act^9 eſt culpabil̄ nec moralr͛ bon^9. Ex q̄ ſeq-
tur ꝙ oīs volitio que nō eſt de deo pp̄ ſe vl̄ de alio a deo
pp̄ deū vltimate eſt culpabilis ⁊ vitioſa. ¶ Scdo ſic.an- z^m
gelus poſt ſuū lapſū nō potuit ſine ſpāli auxilio dei hīc
bonū velle.igit̄ nec Adam poſt ſuū.añs ⁊ ɔñiam ponit
Aug^9 de fide ad Pe.dicēs.Si poſſe eēt vt hūana nā poſt- cap 3°
q̄ȝ a deo auerſa bonitatē ꝑdidit voluntatis.ex ſeipſa rur-
ſus eā hīc potuiſſet:multo poſſibili^9 hec nā hīet angelica:
que q̄nto min^9 grauat̄ pōdere terreni corꝑis tāto magis
hac ēt ꝑdita facultate:ſed oñdit deus vn̄ bona voluntas
hoīb^9 deſt quā ſic amiſerūt angeli cū hērent vt amiſſam
deinceps recuꝑare nō poſſent. ¶ Tertio idē pbat̄ auc̄te 3^m
Aug.

Aug. hypoſt. reſponſiõe tertia. vbi loquēs de Adam dicit
ꝙ li. ar. male vtens incautus dum ſponte ſerpēti prebēs
ſuadenti conſenſum dñi preteryt ꝓceptū amiſſo poſſibili
tatis bono ſolū arbitriū ad velle potius eſt vulneratū. ⁊
paulo poſt per ſe homo lapſum facere potuit: qꝛ voluit ſ;
non ſicut per ſe lapſus eſt per ſe. i. ꝑ ꝓpriā voluntatē con
ſurgere valuit: niſi manu dñi miſericordiſſima: qñ ei⁹ pla
cuit pietati fuiſſet erect⁹. ⁊ īfra. Non eni ꝑꝑ aliō ɔ̃xit of
fenſam niſi ꝑ id qō potuit: ne delinqueret ſuadēti reſiſte
re. ꝑ velle igit̄ malū ꝑdidit poſſe bonū: qui ꝑ poſſe bonū
potuit vincere velle malū. Hic notādū eſt qō ait amiſſo
poſſibilitatis bono: per qō intelligit donū vel dona addi
tū vel addita li. arbi. Ade quo vl̄ qb⁹ cū li. ar. poterat hīe
bonū velle. ¶ Itē qō ait ꝙ poſtea potit⁹ eſt ſolū. i. nudū
arbitriū ⁊ vulneratū. ⁊ ꝙ per illud nō potuit conſurgere
. ſ. ad bonū velle niſi fuiſſet erectus miſericordiſſima ma
nu dei: per quā debere intelligi ſpāle auxiliū dei ⁊ non ge
Alb. de padua. neralē eius influentiā tñ: puto ꝙ quilibet nō ɔ̃tentioſus
de plano ɔ̃cedet. ¶ Ex hac ɔ̃ne infero duas alias ꝑꝑ col
lationē habitā cū quodā venerabili magiſtro. quarū pri
p^a p^o ma eſt ꝙ ex peccato primi parentis quilibȝ hō nāli vſu na
ſcens ɔ̃trahit ignorātiā agendoꝝ. ita ꝙ nullus ſine ſpāli
auxilio dei pōt in his que ad moralē vitā ꝑtinent ſuffici
enter cognoſcere qd volendū vel nolēdū. ſufficiēter autē
dico illum cognoſcere qui nō ſolū cognoſcit aliqd eē agē
dum vel volēdū: ſed ēt nouit ꝑꝑ quid: ⁊ queadmoduȝ eſt
agendū vel volendū ſ̄m oēs circūſtantias reqniſitas ad
hoc ꝙ actus ſit bonus moralr̄ ⁊ vere virtuoſus: ⁊ de tali
ſufficiētia notitie ſum in ſuperioribus locutus ſemꝑ cir
ca iſtā mām. ⁊ qꝛ predictus magiſter reſpōdēdo ad rōnē
quā feci ſupra ad ꝓbādū ſecūdā ɔ̃nē primi articuli ꝑme
q. 26. d. cōceſſit hoiem ex peccato Ade incurrere ignoran
tiā agendorū ꝑtinētiū ad fidē ⁊ fidei ſacramenta. nō aūt
ignorantiā agendoꝝ pertinētiū ad vitā moralē vt mora
lis ē preciſe. iō ɔ̃nē iſtā ſic poſitā ⁊ ſibi oppoſitā ꝓbo ſic.
p^m Adam ex ſuo peccato incurrit ignorantiaȝ agendoꝝ per
tinentium ad vitam moralē. igitur ⁊ quilibet hō nāliter
naſcēs ex eo. ɔ̃ña eſt euidēs. naȝ penas quas ipſe incurrit
nos incurrimus ⁊ non minores alias ipſe meliores ſe ge
cap. 41. nuiſſet. ɔ̃ Aug. 3°. de li. ar. añs ꝓbat̄ ſic ꝑma ꝑs añtis rōnis
2^m facte ad ɔ̃nē pcedentē. ¶ 2° ſic. ⁊ bñ pōdero iſtā rōnē. cō
ſtat ꝙ ſ̄m cōeȝ curſuȝ quilibet hō cū ꝑmo venit ad ānos
diſcretionis hȝ ignorantiam eoꝝ agendoꝝ que pertinent
ad vitā moralē vt moralis ē: iudicās frequēter agēdū eē
qō vitandū eſt ⁊ cɔ̃. ⁊ totalr̄ agendū eē aliquid vel vitan
dum. qualr̄ nō eſt. ⁊ hoc expiētia manifeſtat. nūc quero
an ſic ignorare ⁊ errare contingit homini ex nā ſua ſ; ſe.
aut ex aliquo vitio vel malo nāe. nō pōt dici ꝑmū. tuȝ qꝛ
ſi h̄ eēt veꝝ ſequit̄ ꝙ ēt ſi hō ꝑm⁹ nō peccaſſet filij naſcē
tes cū ad ānos diſcretiōis veniſſēt: ſilr̄ circa agibilia mo
ralia ignorātiā ⁊ errores habuiſſent: qō catholice dici nō
pōt. tū qꝛ ſ̄m h̄ dictū talis error nō eſſet tunc vituperan
dus in homine: nec per talē ignorantiā faciendo aliqd ɔ̃
ea que fienda ſunt ſ̄m legeȝ dei: ipſe peccaret: ⁊ maxime
ſi legem nūq̄ȝ accepiſſet. qō ēt nō ē dicendū. cū ſ̄m aplm
q ſine lege peccauerūt ſine lege peribunt. pȝ aūt ɔ̃ña iſta.
cap. 39. ⁊ falſitas ēt ɔ̃ñtis ꝑ Aug. 3. de li. ar. nā ſi nō eſt iſta inquit
ipſe pena hoīs: ſed nā nulla iſta peccata ſunt. ⁊ ꝓbat. ſi eni
nō recedit̄ ab eo mō quo nāliter fact⁹ eſt. ita vt meli⁹ eē
cap. 31. non poſſit ea que dȝ facit cū h̄ facit. Et añ dicit ꝙ nulli⁹
rei vituperat̄ niſi vitiū. oē aūt vitiū ē ɔ̃ nām cui⁹ eſt viti
um. ex quo ſequit̄ ꝙ nullū erroꝝ ſ̄m nām hūanā. qualis
ſi inſtituta eſt vituperari dȝ in hoīe. ⁊ ꝑ ɔ̃ñs nec talis er
ror eēt vituperandus. ⁊ h̄ appropinquat: imo forte intrat
erroreȝ Juliani. qui ɔ̃cupiſcentiam ⁊ ignorātiā quas qui
libet in ſe hȝ dicebat nō eſſe mala aliq̄ neqȝ aliq̄ vitupe
rabilia. ſi dicat̄: ꝙ ſic errare homini ɔ̃tingit ex vitio ſeu
aliquo malo: vel huiꝰ vitium ineſt nāe ſ̄m ſe ⁊ a prima
ſua inſtitutione vel non. nō pōt dici ꝙ ſic: ne cadamus in
errorē manicheoꝝ. Dōm ergo ꝙ non ē nāe ex inſtitutio
ne eius prima. cū igitur ipſuȝ ſit qōdā malū ⁊ penale na
ture: opȝ dicere ꝙ ex aliq̄ culpa ꝓueniat. ⁊ ɔ̃ſtat ꝙ nō ex
culpa actuali ꝑſonali ⁊ ꝓpria hoīs ſicut errantis: cū nulla
alia eius culpa preceſſit. igit̄ ex culpa alicuius alteri⁹ cu
ius ipſe merito deus ſit. nec appet ex cuius culpa niſi pri
mi hominis. ⁊ ita ꝑdicat doctrina catholica. pȝ ergo pro
poſitū. vȝ ꝙ quilibet hō nāliter genit⁹ ɔ̃hit ex pctō ꝑmi
parentis ignorantiā agendorū pertinentiū ad vitā mora
lē. ¶ P. Dictus venl̄. Magiſter ɔ̃cedit ꝙ hō pro dānatio
ne ꝑme culpe incurrit ignorātiā agēdoꝝ ꝑtinētiū ad fidē
⁊ fidei ſacramēta. aut ipſe inter ꝑtinētia ad fidē includit
vel vult intelligi eē incluſa moralia opera: que agi iubet
fides catholica: ⁊ tūc habet̄ ꝓpo^m. nā oē opus v̄tutis do
cet fides chriana. aut non icludit illa. Sȝ vult ꝙ hō icur
rit ex peccato primi parentis ignorantiā coꝝ ꝑciſe q̄ per
tinent ad articulos fidei ⁊ eius ſacr̄a. ⁊ ſi ſic cū in gentili
nō ſit min⁹ vitiū nāe ex quo ꝓuenit errare circa mores.
vtpote. verbi gr̄a putare licitā eē fornicationē vel aliqd
tale. q̄ȝ id ex quo ꝓuenit error circa fidei articulos: quos
nūq̄ȝ audiuit vl̄ circa baptiſmū: vt forte ſi putat nō opor
tere baptiçari. ⁊ ſilr̄ circa alia ſacr̄a chrianoꝝ: qcqd ſit de
ꝓportione peccatoꝝ. hincinde neceſſe ē dare vñ ɔ̃trahat
nā humana hūc defectū ignorātie circa mores. non min⁹
q̄ȝ aſſignare vñ ɔ̃hat ignorantiā circa eccliaſtica ſacramē
ta. nec apparet qd detur niſi culpa ꝑmi parētis. Utrū aūt
ignorātiā agendoꝝ ꝑtinentiū ſic ad fidē. ⁊ eccliaſtica ſa
cramēta ɔ̃hat hō ex ꝑmo peccato. vt dicit iſte venl̄. magi
ſter. ꝑ nūc nō approbo neqȝ reprobo. Indubitāter tñ vi
debit̄ mihi ꝙ dicta ſanctoꝝ dicētiū ꝙ ignorantia ⁊ diffi
cultas non ſunt nā iuſtificati hoīs: ſȝ pena dānati. ⁊ ꝙ nā
hūana duo vitia a ꝑma ſui corruptione ɔ̃cepit: que ſunt
ignorātia boni ⁊ ɔ̃cupiſcētia mali ⁊ ſilia: in qb⁹ de origi
nali ignorātia boni fit mētio: itelligi debeāt de ignorātia
agibiliū ad moralē vitā pertinentiū ſiue de alijs ēt intel
ligi debeāt: ſiue nō debeāt. pȝ itaqȝ ꝑma ꝑs ɔ̃nis ꝑmiſſe.
¶ Scda vō. ſ. ꝙ nullus poſſit ſine ſpāli dei auxilio vince 2^a pars
re hꝰ ignorantiā: ſeu ſufficienter cognoſcere qd agenduȝ.
ꝓbatur per auctoritates Augu. ⁊ Ugo. allegatas in rōne
prima ſupradicte ɔ̃nis. nec poſſunt ille gloſari de gr̄a vel
auxilio generalis influentie: ne ɔ̃cedamus ꝙ a penis con
tractis pro ꝑmo peccato hō ex ſe cū generali dei influētia
liberetur: ſicqȝ concludat̄ ꝙ chrs pro nobis gratis mor
tuus eſt. Ex his apparet ꝙ rō illa ꝑma ꝓbans predictam
ɔ̃nē efficax ē: ⁊ ſolutio data nō valȝ. ¶ Probauit tñ iſte ar^m ma.
Magiſter ꝙ hō nō icurrit ignorātiā agendoꝝ: de quib⁹ Alb. de
dictū ē ex pluribus. Et ꝑmo ex auctoritate Augu. de que padua.
ſtionibus euāgelij dicētis ſuꝑ illo. abierūt ſemiuiuo reli
cto. homo peccator ſemiuiuus relinquitur: quia ex parte
qua deū poteſt cognoſcere ⁊ itelligere viuus eſt. ex parte
vō qua peccatis contabeſcit mortuus eſt. ¶ Ad hanc au
ctoritatē dico ꝑmo ꝙ ipſa vt videt̄ facit ꝑ me. nā eoipſo
ꝙ ait cū peccatis ɔ̃tabeſcere ⁊ mortuū eſſe aſſerit non eū
ſufficere q̄ȝuis inq̄ȝtuȝ eſt adhuc in potentia ⁊ aptus nat⁹
ad cognoſcēduȝ deū dicat̄ viuus eſſe. ¶ Secūdo dico ꝙ
eſto ꝙ haberet̄ ex hac auctoritate ꝙ hō poſſit deū cogno
ſcere. non ſeqnit̄. ergo poteſt ſufficienter de aliquo cogno
ſcere qd ſit agendū vel nō agendū. nō eniȝ ois notitia de
deo eſt talis. ¶ 2° arguit ex alia auctoritate eiuſdem que 2^m
ſcribit̄ ꝑmo de li. ar. vt breuiter inquit eterne legis notio cap. 6.
nem que impreſſa nobis eſt. inq̄ȝtum valeo verbis expli

cem ea eſt qua iuſtū eſt vt oīa ſint ordinatiſſima. Qd̄ nō
poſſet facere: inquit ille magiſter: lex iſta niſi traderet no-
ticiam agendoꝝ moraliter. ¶ Qualr̄ ex hac auctoritate
ven̄. Magiſter ꝓbet intētū nō video. nā hec bn̄ ſtant ſil
.ſ. ꝙ lex eterna ſit qua iuſtū eſt vt oīa ſint ordinatiſſima:
ſeu que cenſet oīa debere eſſe ordinatiſſima: qd̄ idē eſt di
ctu. ⁊ ꝙ homo de nullo agēdo moralis vite ſine ſpāli dei
auxilio noticiā habeat: qua ſciat illud ordinatiſſime face
3^m re. vn̄ illā ſuā ꝯn̄az ſibi nego. ¶ Alia ē eiuſdē in eodē li.
putas ne iſta mēte cui regnū in libidines eterna lege con
cap.9. ceſſuz eē cogſcim⁹ potētiorē eſſe libidinē. h̄ dicit Aug. ꝙ
nos cognoſcim⁹ eterna lege ꝯceſſum menti regnū in libi
dines. alia etiā eſt quedā gloſa ſuper id ad Ro. 2°. Gētes
ea que legis ſunt nāliter faciūt. d. ⁊ ſi gētilis nō habeat le
gem ſcriptā: hꝫ tn̄ nālē: qua intelligit ⁊ ſibi cōſcius eſt: qd
ſit bonū ⁊ qd malū. lex eni nālis ē nemini iniuriā facere.
Rño. nihil alienū ꝑripe: a fraude ⁊ piurio abſtiere. ¶ Ad has
dico pmo ꝙ nō ſequit̄. cognoſcimus mēti conceſſum eſſe
regnū in libidines. igit̄ hoc cognoſcimus ſine auxilio dei
ſpeciali. Sicut nō ſequit̄. beat⁹ cognoſcit deū eſſe trinuz
⁊ vnū. g̊ hoc cognoſcit ſine auxilio ſpeciali. nec ſequit̄. gē-
tilis nāliter ſeu per legē nālē cognoſcit qd ſit bonum ⁊c̄.
igit̄ abſqꝫ auxilio ſpeciali dei. ſic ēt nō ſequit̄. hō nāliter
facit ea q̄ iubet lex dei. igit̄ hō ſine ſpāli auxilio dei facit
que iubet lex. ⁊ añs eſt veꝝ vt pꝫ per aplm̄ vbi allegat̄. ⁊
tn̄ ꝯn̄s nō eſt veꝝ. ⁊ iō dico ꝓ oib⁹ auctoritatib⁹ ſanctoꝝ
aſſerētib⁹ nos nāliter cognoſcere vel facere qd̄ earū intē
tio eſt nos per pncipia ſeu vires noſtre nature cognoſce-
re vel facere. nō tn̄ intēdunt excludere dei auxiliū ſpāle.
nec vnq̄ꝫ inueni aut ab aliquo audiui nullā auctoritatem
autēticā: que h̄ explicite vel implicite diceret. vn̄ ex nul-
ſignificare in alio cum ſic ſignificet in creaturis ⁊ ſit concretū
de genere accidentis: neutrum tamen ſm veritatem qualita-
tem in deo vel aliquid circa ſubſtantiā ſed ipſam tm̄ ſubſtātiā
dei ſignificat. ⁊ non minus iuſtus: q̄ ſpiritus cū idem ſit in deo
iuſtum eſſe ꝙ ſpiritum eſſe. Qꝛ vō poſt modū inducitur extra
Dam. dōm metaphyſice dictū eſſe nec aliquod pelagus ꝓprie

ſibi eſſe intelligendū eſt. Sed vult dicere ꝙ deus eſt ſubſtantia
infinite perfectionis: ſiue perfectio infinita: nec eſt ſibi cogitan-
da infinita aliqua multitudo ꝑfectionū: qnimo nec omni per-
fectionū multitudo: ſed vnica perfectio infinita. ¶ Ad auctori-
tatem Augu. dōm. ꝙ ad illud ſufficit diſtinctio ɔ̄ceptuū reſpō
dentium hijs nominibus. verū: magnū. que tamē eſt alia q̄ di-
ſtinctio hoꝝ. ſapiens ſapientia: vt in ſequenti. q. patebit. Nul-
lam aūt diſtinctionem veritatis ⁊ magnitudinis in deo ponere
oportet propter huius probationē: nec eſt ad mentē Augu. ſed
contra. ꝙ patet per verba eius ibidē. Ait enim ſic. Non eni ibi
maior eſt que verior nō eſt. vbi eſt ipſa veritas magnitudo: qꝛ
in eſſentia veritatis hoc eſt verū eſſe qȯ eſt eſſe: ⁊ hoc eſt eſſe
qȯ eſt magnum eſſe. hoc ergo magnū eſſe qȯ verū eſſe. Qꝛ igiť
ibi eque verum eſt: etiam eque magnum ſit neceſſe eſt. h̄ ipſe.
¶ Ad illud qȯ dīt de doctoribus probantibus vnū ex alio di-
cendū ꝙ ſufficit differentia ɔ̄ceptuū. Nec eſt verū ꝙ ita per-
fecte cognoſcatur deus cū cognoſciť de eo verificari vnus ɔ̄-
ceptus attributalis: ſicut cum plures vel omnes. Ex hoc etiam
diciť vnum attributum propinquius eſſentie alio. qꝛ vnum eſt
prius notum de eſſentia q̄ aliud. nō autem ꝙ realiter ſit in deo
aliqua prioritas qualem fingunt extra animam: ſed ſolū in ɔ̄-
ceptibus ⁊ terminis modo dicto. ¶ Ad rōnem que eſt ex dicto
Augu. contra Mari. dicendū primo ꝙ manifeſte deducitur ad
inconueniens etiā contra eos: qꝛ ſi ratio debet eſſe efficax pro-
babit ꝙ inter attributales perfectiones ſit tanta vel maior di-
ſtinctio quāta eſt inter diuinas perſonas. ꝙ ipſi non concede-
rent: qꝛ ſicut dīt ꝙ non ſequiť: ſi cū ſimplicitate ſtat pluralitas
aliquoꝝ ſola ratione diſtinctorum ꝙ cū ſimplicitate ſtet plu-
ralitas realiter diſtinctorum cuiuſmodi ſunt diuine perſone.
Sic etiā diceť: nō ſequi ſi cum ſimplicitate ſtat pluralitas ali-
quoꝝ tm̄ formaliter diſtinctoꝝ: ꝙ cū ſimplicitate ſtet plurali-
tas realiter diſtinctoꝝ. vel ergo oportebit ɔ̄cedere attributa-
les perfectiones realiter eſſe diſtinctas. vel perſonas nō reali-
ter diſtingui. Neutrū aūt dicerent igiť ratio ſua nō vꝫ. ¶ Ad ar
gumentū ergo dicunt aliqui rōnem Aug. nō ſimpliciter ɔclude
re: ſed ɔtra hominē qui forte ponebat ſapientiā ⁊ iuſtitiā inter
ſe ⁊ a deo realiter diſtingui ⁊ cū hoc deū ſimplicē eſſe. ¶ Sed
iſtud nō verum apparet: nec videť veriſimile ꝙ ille poſuerit il
la realiter: in deo diſtingui: nec verba eius hoc ſonāt. Propter.
qȯ ⁊ ꝓpter ſolutionē dubitationis ꝑmiſſe ſciendum ꝙ h̄ ſunt
verba Aug. ad Mari. Tu nempe dixiſti vnū deū ex partibꝰ nō
eſſe compoſitum. ⁊ hoc de patre vis intelligi. Ille in quis virtꝰ
eſt ingenita ſimplex. huius autē virtutis quā ſimplicē eſſe dixi-
ſti: nunquid partes ſunt bonitas ⁊ ſapientia. clemētia ⁊ poten-
tia. Si dixeris partes ſunt ſimplex ergo virtus ex partibꝰ con-
ſtat: que te diffiniente vnus eſt deus. ergo deū ex partibꝰ dicis
eſſe cōpoſitū. Non dico in quis. Non ſunt ergo partes. Si ergo
in vna patris perſona illa inuenis ⁊ partes nō inuenis: quanto
magis pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus ⁊ ꝓpter indiuiduā deita-
tem vnus eſt deus. ⁊ ꝓpter vniuſcuiuſq; ꝓprietatem tres ſunt
perſone. ⁊ ꝓpter ſinguloꝝ perfectionem partes vnius dei non
ſunt? Ex hijs pꝫ ꝙ Aug. nō fecit predictā cōparationem atten-
dens maiorē vel minorē diſtinctionē perſonarū adinuicē q̄ ſa-
pientie ⁊ bonitatis pris: ſed attendens maiorē ⁊ minorē ſimili-
tudinem ad eſſe partē: ⁊ cōponere. certum eni eſt ꝙ in creatu-
ris tales perfectiones magis habēt rationē partis ⁊ cōponibi-
lium q̄ ſuppoſita ſubſiſtentia. Et tamen in deo nō componunt
nec ſunt partes. multo ergo minus pſone ipſe ſunt partes aut
cōponunt. ⁊ hoc ipſum aſperiſſe pꝫ in hoc ꝙ ait: ⁊ ꝓpter ſingu
loꝝ perfectionē partes vnius dei nō ſunt. nā de rōne partis eſt
eſſe nō perfectū. Unde ꝓpter hoc ibidem imediate ante dicit
verbū nō eſſe partē perſone chriſti. Unde ait. Porro chriſtꝰ eſt
vna perſona gemine ſubſtātie: qꝛ ⁊ deus ⁊ homo eſt: nec tamē
deus vel homo pars huiꝰ perſone dici pōt. Alioquin filius dei
anteq̄ ſumeret formā ſerui nō erat totus ⁊ creuit cū eius diui-
nitati homo acceſſit. Ex quo etiā pꝫ ꝙ nō ꝓpter diſtinctionem
id locutus ſit: cū deitas ⁊ humanitas multo plus diſtinguantur
q̄ due res quecūq; create ⁊ inuicē cōponentes: ſed ſolū attēdit
iperfectū eſſe partis inquātū huius. vnde ait. Alioquin nō erat
totus ⁊ creuit. Et ſic pꝫ ꝙ illa verba ad propoſitum trahi non
poſſunt. ¶ Ad 4ᵃᵐ rationē. propter modū loquendi quorūdā
diſtinguo hunc terminū: ratio. Nam vno modo pōt ſuppone-
re pro conceptu vel voce ſignificante quid rei vel qd nominis.
Alio modo: pro ipſa eſſentia ſeu intrinſeca entitate quā ratio
conceptus ſeu diffinitio explicat. Si accipiatur in propoſito.
ratio. ſecundo modo concedo maiorem: ⁊ cum dicitur in mino-
re perfectiones attributales. v. g. iuſtitia. ſapientia. diſtinguun
tur ſm proprias rationes. cū h̄ ſit indefinita pōt pro aliqbꝰ ɔ̄-

cedi ꝛ pro aliq̄bus negari. ſi eñi accipiant̄ pro ſapiẽtia dei ꝛ ei⁹ iuſtitia. eſt falſa ꝓpoſitio. Si võ ſupponãt pro aliqua ſapiẽtia creata ꝛ aliqua iuſtitia creata: tunc eſt minor vera quãtum ad ṗmã partẽ. que dicit ꝙ diſtinguunt̄: ſed eſt falſa quãtũ ad 2ᵃᵐ: q̄m ille nõ ſunt in deo. Si võ accipiat̄ rõ ṗmo mõ. tũc eſt diſtinguendũ hoc ꝙ dicit̄ diſtinguunt̄. ꝛ hoc ꝙ dicit̄. reperiantur ſm ꝓprias rões. Nã aliqua poſſunt dici diſtingui ſm ꝓprias rões dupl'r. vno mõ ꝓprie. v3. q2 vnius ꝓpria ratio non eſt ratio alterius. ꝛ ecõuerſo ratio ꝓpria alterius nõ eſt ratio ei⁹. ꝛ in h̄ ſenſu negãda eſt minor. Si ſapiẽtia ꝛ iuſtitia. ſupponãt ſignificatiue pro ſapiẽtia dei ꝛ eius iuſtitia. nã ois ratio iuſtitie eſt rõ ſapiẽtie ꝛ ecõuerſo. Si võ ſupponerẽt mãliter: tũc nõ eſt ad ꝓpoſitũ: q2 ſic iuſtitia ꝛ ſapiẽtia nõ ſunt in deo: niſi forte per ṗdicationẽ. Alio mõ poſſunt dici aliqua diſtĩgui ſm ꝓprias rões ĩꝓprie. v3. q2 eoꝝ ſunt plures rões. Et tunc erit ſenſus maioris: ꝙ quotcũq3 ſunt plures rões illa ſunt diſtincta. hoc autẽ falſum eſt. in ſenſu quo dicimus rõnẽ eſſe rei. nam vnius rei nihil ꝓhibet plures eſſe rões: vt poſt patebit in pluribus locis. Item reperiri in aliquo ſm ꝓpriã rõnẽ põt intelligi dupliciter. vno mõ ꝙ reperit̄ ſic ꝙ de ipſo vel ꝓnõie demſante ipſa3 põt verificari propria ratio. alio mõ ꝙ actualiter verificat̄. ꝙ eſſe nõ põt niſi actualiter ſic ratio eſſa. ṗmo mõ ſapientia eſt in deo ſm ꝓpriã rõnem preter operationẽ anime. 2ᵒ modo nõ. ¶ Ad quintũ dico ṗmo ꝙ ratio põt deduci cõtra eos. Sic dicendo de quibuſcũq3 ꝛc. illa ſunt diſtincte res. Sed de intellectu ꝛ voluntate ꝛc. ergo intellectus ꝛ voluntas ſunt diſtincte res. qð eſt falſum ꝛ contra eos. ¶ Et ſi dicat̄ ꝙ nõ eſt neceſſe illa eſſe res diſtinctas ſ3 ſufficit ꝙ ſint diſticte formalitates. ¶ Cõtra. ṗmo. ſicut ipſi dicunt: tunc per illud principium ꝛ per cõſequens per nullũ aliud poterit probari aliqua eſſe res diſtinctas ſed ſolum formalitates. ꝛ ſic nõ ſequitur. Plato currit ſor. non currit. igit̄ ſunt diſtincte res: ſed ſequitur igitur ſunt diſtincte formalitates. ¶ Scðo. q2 ſicut tu dicis ꝙ ſufficit diſtinctio formalitatũ. ſic dicet̄ ibi ꝙ ſufficit diſtinctio rationũ: nec illud magis virtute ṗdicti ṗncipij magis poterit ĩprobari q̃ iſtud. ¶ Dico ergo ad rationẽ quicquid ſit de veritate maioris: q2 de hoc aliq̃liter tactũ eſt diſt. 5. q. 1. in ſolutione tertie rationis ad queſtionem. ꝛ forte plus alibi tangetur. ꝙ minor eſt falſa. Et ad probationem dico: ꝙ ſicut h̄ eſt vera pater dicit memoria: ſi vera eſt ſic h̄. pater dicit voluntate. ꝛ ſicut voluntate ſpirat ſic memoria ꝛ intellectu. ꝛ ſicut intellectus intelligit: ſic voluntas intelligit. ꝛ intellectus vult. Verũtamen quãuis omnes predicte vere ſint: poſſet tamen dici ꝙ nõ omnes ſunt per ſe: ſed aliqua ſic aliqua nõ. ꝛ hoc ſi ſubiectũ vnius aliquid determinate cõnotet ꝙ nõ connotat vel nõ eodem modo cõnotat ſubiectum alterius. Unde ſi hic terminus: memoria: cõnotet determinate aliqð notionale3 verbi gr̃a. verbũ vel generatio. ꝛ hoc nõ cõnotet hic terminus voluntas: ſed ſpiritũſanctũ: ita ꝙ diffinitio exprimens quid nominis huius. memoria. ſit iſta ṗncipiũ productiuũ verbi. ꝛ diffinitio huius termini voluntas ſit h̄ principiũ ꝓductiuũ ſpiritus ſancti. vel abſolute nullum tale notionale cõnotet volũtas. tũc hec erit per ſe in primo modo. memoria eſt ṗncipiũ productiuum verbi. ꝛ h̄ nõ erit per ſe voluntas eſt ṗncipiu3 productiuũ verbi. Similiter h̄ erit per ſe. voluntas eſt ṗncipiũ productiuũ ſpiritusſancti. ſi ſit cõnotatiuũ modo predicto. h̄ võ nõ. memoria eſt ṗncipiũ productiuũ ſpiritusſancti: tamen vtraq3 tam in primo caſu q̃ in ſecundo erit vera: q2 idẽ eſt ṗncipiu3 vtriuſq3. Exemplum. Supponatur ꝙ ſol ſit per eandem virtutẽ producens vermia ꝛ plante. vel ſicut certũ eſt. lucis ꝛ caloris. ꝛ imponant̄ duo nomina que ſimpliciter idem ſignificent cum hoc ꝙ dico. vis productiua lucis. ꝛ vis productiua caloris. videlicet. a. b. ita ꝙ iſte due orationes poſite ſint diffinitiones exprimẽtes quid nominis. ipſoꝝ. a. ꝛ. b. tunc hoc poſito. hee erũt vere. Sol producit lucẽ. Sol producit calore3. ꝛ hee ſimiliter ſol eſt ꝓductiuus lucis: ſol eſt ꝓductiuus caloris: que etia3 forte ſunt per ſe in ſcðo modo. hec aũt. a. eſt productiuum lucis. erit per ſe in primo modo. ꝛ ſimiliter h̄. b. eſt productiuũ caloris. Item h̄. a. eſt productiuũ caloris erit vera: ſed nõ per ſe aut non in primo modo. ſicut nec h̄ eſt in ṗmo modo. vis productiua lucis eſt ꝓductiua caloris. Sic poteſt dici in ꝓpoſito. Et ideo quãuis oẽs ſuperius dicte ſint ſimpliciter vere: q2 tamen non omnes ſunt per ſe eodem modo: ideo ſi ex intentione proferentium intelligeretur aliqua perſeitas que eſſet ꝯditio propoſitionis totius: ac per hoc denotaret̄ ꝙ eſſent per ſe vere in tali mõ. nõ eſſent concedende. ſicut nõ eſt ꝯcedendũ ipſas eſſe per ſe. ꝛ talẽ intellectũ habent: qui aliquas predictoꝝ vere negant ꝛ aliquas concedunt. Ex hoc aũt ṗciſe ꝙ vna eſt per ſe alia nõ. vel nõ eodem mõ per ſe. nõ põt cõcludi ea3 ſubiecta pro diuerſis ſupponere. ſicut p3 in exẽplo ṗmiſſo. Sicut nõ põt ꝯcludi ꝙ vnũ ꝛ ens ſupponant pro reb⁹ diſtinctis: q̃uis h̄ ſit in ṗmo modo. vnũ eſt indiuiſum a ſe ꝛ diuiſum ab alio. ſuppoſito ꝙ h̄ ſit diffinitio ei⁹. h̄ aũt nõ ſic ſit per ſe. ens eſt indiuiſum in ſe ꝛ diuiſum ab alio. Similiter nõ põt argui ꝙ deus ꝛ pr̃ diſtinguant̄ realiter per h̄ ꝙ h̄ eſt in ṗmo modo. pr̃ genuit. nõ aũt h̄. deus genuit. l3 vtraq3 ſit vera. ꝛ alia exẽpla multa ta3 in deo q̃ in creaturis poni poſſunt. ¶ Per ea aũt que dicta ſunt nõ intẽdo dicere has eſſe cõcedendas vel nõ eſſe: volũtas ſpirat intellectus dicit. pater ĩtellectu: vel memoria ꝓducit filiu3 ꝛ volũtate ſpm̃ſcm̃: q2 quid ſit de hijs patere põt ex dictis. d. 7. Sed dico ꝙ dato tales debere ꝯcedi adhuc nõ ꝯcludit̄ alia diſtinctio perfectionu3 attributaliũ ex natura rei. vt arguẽtes intẽdunt. ¶ Cũ aũt ṗmo arguit̄ ꝯtra huius cõnotationẽ: q2 ſi volũtas aliqd cõnotat ꝛ illud intellectus nõ cõnotat: ſequit̄ ꝙ nõ ſunt idem ex natura rei. Dõm ꝙ in hac volũtas cõnotat ꝛc. voluntas ſupponit materialiter pro ſeipſa voce. ꝛ ſimiliter intellec⁹ in hac intellect⁹ non cõnotat. ꝛ eodẽ mõ ſupponentib⁹ hijs terminis in ꝯſequẽte ꝯcedende eſt ꝯñs. nã certũ eſt ꝙ ille voces nõ ſunt idẽ ſed diſtincte. Unde ſic arguẽtes imaginant̄ ꝙ ipſa res quã ſignificat hic terminus voluntas vel hic terminus intellectus: cõnotare hoc vel illud qð nõ eſt verũ: cũ cõnotare ꝛ ſignare ꝛ ꝯſignificare: ꝛ huius nõ rebus: ſed ſignis tm̃ ꝯueniãt. Voces igit̄ ille cõnotãtes vtiq3 diſtincte ſunt: ſignificatiue tamẽ ſumpte dicte deo pro eode3 ſupponunt. Et ideo h̄ eſt vera. voluntas dei nõ eſt ĩtellect⁹ eius. ſi termini materialiter ſupponãt. Si aũt perſonal'r ꝛ cõſignificatiue eſt falſa. ¶ Ad aliud dõm ꝙ q̃uis ſit idẽ obm̃ cũ deus intelligit ꝛ diligit eſſentiã ſuã: ſit etiã ide3 actus penitus dilectio dei ꝛ intellectio. nihilominus h̄ verba. ĩtelligit. diligit. que nec ſunt dei volitio vel intellectio ſumpta gñaliter nõ idẽ: ſed aliud ꝛ aliud cõnotant. ſicut etiã ipſi in eadẽ argumẽtatione fatent̄ cũ dñt ꝙ vnũ dat ĩtelligere aliquid ꝙ nõ aliud. Et ideo h̄ videt̄ ignorare videt̄ ſeipſam. ¶ Ad aliud dõm ꝙ nõ oia attributalia eadẽ cõnotant nec eodẽ mõ: ſed quedã cõnotant tam deũ q̃ alias res. Quedã creaturas tm̃ actu exiſtẽtes vel poſſibiles eſſe. vnã vel plures. Quedã quaſdã ꝓpoſitiões affirmatiuas vel negatiuas eſſe veras. Item quedã cõnotant res affirmatiue ꝛ queda3 negatiue. De ṗmo gradu ſunt: ſcientia: intellectus: volũtas: verũ: ꝛ bonũ: ſm ꝙ cõuertant̄ cum ente. ꝛ plura alia ſicut p3 in diffinitionibus exprimẽtibus quid nominis ipſoꝝ in q̄bus ſemper aliquid ponit̄ in recto ꝛ aliquid in obliquo: vel nõ omnia: eade3 vel non eodem modo ſignificant. Unde ſi queratur quid ſignificet hoc nomẽ ſciẽtia dicet̄: ꝙ id qð h̄ oratio. certa rei notitia. vel alia ꝯſimilis. in qua ponit̄ notitia in recto: ꝛ rei in obliquo. Notitia aũt cõmuniter ſumpta: ſignificat tam rẽ ĩcreatã que eſt notitia dei: q̃ multas creatas que ſunt notitie creaturaru3. ille võ genitiuus rei oẽm rem actuale3 vel poſſibilẽ. ꝛ ideo hoc nomẽ ſciẽtia quedã ꝯſignificat que nõ ṗncipaliter ſignat. ꝛ alio mõ ſicut alius modus ſignificandi eſt caſus genitiui. ꝛ alius nominatiui. Idem p3 de intellectu: cuius diffinitio põt eſſe aliqd quo quis põt intelligere. ꝛ voluntatis. aliqd quo quis põt velle vel nolle. verũ aũt vt ꝯuertit̄ cum ente diffinit̄ q2 eſt: quid potens apprehendi ab intellectu. Bonũ aũt qð eſt diligibile a voluntate. in quibus omnibus rectus poſitus in diffinitione ſignificat quodlibet ens: ꝛ obliquus non quodlibet: ſed aliqua determinate: vt p3. In ſecundo gradu ſunt iuſtitia vt ſumit̄ ſpecial'r nõ cõmuniter pro bonitate que eſt perfectio ſecunda diſtincta contra malitiam. Unde iuſtitia ſic ſumpta cõnotat creaturam cui reddat̄ pena vel ṗmiũ. Et mĩa. que etiã cõnotat creaturam cui peccãti parcat̄. Itẽ ṗſcientia que determinate cõnotat entia futura. ꝛ potẽtia que creaturã poſſibile3 cõnotat ꝛ ſi qua ſimilia ſunt: ꝙ ex diffinitionib⁹ nominũ patere põt. In ſcðo gradu eſt neceſſitas que vltra rẽ quã ṗncipal'r ſignificat: notat ꝓpoſitionẽ illã eſſe verã ſi formet̄ in qua nõ eſſe cũ mõ ĩpoſſibilitatis dicat̄ de illo ꝙ ſignificat. vel eſſe affirmet̄ cũ mõ neceſſitatis. vnde ſi querat̄ quid eſt neceſſitas vt eſt illa cathegᵐᵃ ꝛ ſtat pſonal'r. dicet̄: ꝙ eſt res quã ĩpoſſibile eſt nõ eſſe. vel ꝙ neceſſe eſt eſſe. Et ſi ꝙ aliud eſt huic ſimile. Quedã etiã affirmatiue ꝯſignificãt vt ĩtellectus: volũtas ꝛ alia que ṗus dicta ſunt. Negatiue aũt. vt. vnũ vel vnitas. ĩmortalẽ. incorᵉᵘᵐ. ſimplex: infinitũ. ꝛ ſimilia. nã vnũ ꝯſignat negatiue intrinſecã diuiſionẽ actualẽ. Unde ide3 ſignificat ꝙ h̄ oõ. aliqd in ſe actu indiuiſum. Simplex aũt indiuiſionẽ intrinſecã actualẽ ꝛ poſſibilẽ. ꝛ ſic de alijs vt in diffinitionibus qd noĩs cuiuſlibet p3. poſſet ẽt dici ꝙ q̄bȝ taliũ cõnotat q̃ſdã ꝓpões eſſe veras ſicut dcm̃ eſt de neẽario. Unde vnũ notat ꝓpõnẽ eſſe vera3 in qua diuiſum. vel entia in plurali: neget̄ de illo ꝙ ſupponit pro eo ꝙ ipm̃ ṗncipal'r ſignificat. ꝛ tunc exprimet̄ ſignificatio eius ſic. Unum eſt: qð eſt ens

In hac ꝯtinua declaratiõe attende: q2 in diffinib⁹ hoꝝ nominũ: forte nõ d3 poni ĩ recto aliqd determinatũ in recto ne ſequatur idẽ bis dici ſicut dicit Com. 5. met. cõ. 14. d termĩo ꝯcreto accĩtali. vñ diffõ albi meli⁹ dicet̄ iſta eſt informatũ albedinẽ: vl' ĩ quo eſt albedo: q̃ ſi dicet̄ corp⁹ in quo ẽ albedo. Et ſil'r diffõ iuſtitie meli⁹ aſſignaret̄ iſta q̃ redditur enticuiq3 ꝙ ſuũ ẽ: q̃ qualitas vl' ſuba aut entitas que redditur ꝛc.

⁊ nō eſt in ſe diuiſum. ſiue ſic vnū eſt qḋ eſt ens: ⁊ nō eſt entia. Similiter imortale eſt ens ꝙ mori nō pōt. ⁊ ſic ſuo mō de alijs. ⁊ hoc vel nihil vel modicū differt ab eo ꝙ dcm̄ eſt ea: ſignificare aliq̄ negatiue. Illa eni dr̄ ſignificare negatiue que ꝑdicata de aliq̄b⁹ reddūt ꝓpōnē negatiuā vel equiualentē negatiue: aut includentē equiualēter aliquā negatiuā: vt in ꝑdictis patē pōt. ¶ Cum ergo querit̄ que ſunt iſta cōnotata pȝ ꝙ nō pñt eadē in oībus aſſignari: ſed alia in aliq̄bus alia in alijs: vt pȝ per dicta. Cū aūt addit̄ ꝙ pfectiones diuine nullo mō depēdent a creatura nec volūtas diuina vt ſit volūtas ērigit creaturā. ɔcedo ꝓprie loquēdo: ſed cū infert̄ ꝙ in ſua rōne eas nō cōnotat. ſi itelligat̄: ꝙ illa res nō cōnotat: ɔcedo: q2 illa res nec in rōne ſua nec extra cōnotat nec cōſignificat qcq̄: ſed bene eius nomē: ⁊ rō illius noīs cōnotat creaturā. Sicut res illa que oībus dr̄. ſ. de⁹ ipſe nec creaturā cōnotat neq̄ a creatura depēdet. ⁊ tñ hoc nomē dn̄s: cōnotat ſeruā creaturā: intm̄ ꝙ lȝ dn̄s fuerit antequā eſſet creatura: nō tñ fuit dn̄s anteq̄ eſſet creatura. vt dicit Aug. 5° de tri. c. vij. ⁊ verū eſt. Similr̄ ꝑſciētie nomē futurā creaturā cōnotat intm̄ ꝙ ſi nulla creatura eſſet futura: q̄uis res que eſt ꝑſciētia eſſet: nō tñ eēt ꝑſciētia. vt dicit Aug. li. i. de ſca. pra. ⁊. c. 16. ¶ Perdicta pȝ qd dōm ad aliud qḋ ſequit̄: qm̄ vez nō eſt: ꝙ vnitas ⁊ imortalitas: nō ſunt cōnotatiua. qñimo ſunt vt patuit. Similr̄ veritas ⁊ bonitas: que ſi ſumant̄ ſm ꝙ cū ente ɔuertūtur pȝ illa eſſe cōnotatiua ex dictis. Si aūt ſumant̄. vt ſunt nomina pfectionū ſpecialiū: adhuc cōnotatiua ſunt. Naȝ nomine veritatis intelligim⁹ aliqd quo res recte apꝑhendunt̄: ſiue vt apꝑhendi debēt. nomine vo bonitatis aliqd quo bona eligunt̄ vel agunt̄. vel quo agunt̄ ⁊ eligunt̄: que agi debēt ⁊ eligi. vel alio mō cōſimili. exprimere quid nominis vtriuſqȝ: ita ꝙ ſemꝑ ꝑter ꝑncipale ſignificatū: cōſignificat̄. Nec ꝓbatio vȝ que inducitur ɔtra hoc. ſ. q2 nō dicunt̄ relatiue: ſed deus ad ſe bonus eſt ⁊ verax: q2 nō ſequit̄ hoc nō eſt relatiuū. ergo nō eſt cōnotatiuū: qm̄ nō oē cōnotatiuū eſt relatiuū: lȝ ecōtra omne relatiuū ſit cōnotatiuū: nec ſequit̄ hoc nō dicit̄ ad aliud. ergo nō eſt cōnotatiuū. Sicut hoc nomē humanus. ⁊ h̄ italicus. grecus. gallicus. anglicus. ⁊ q2 infinita poſſent talia reperiri: que ſunt cōnotatiua nec tamē relatiua ſignū ſignificat. res ōit que de⁹ eſt nō ſignificat: ſed ſignificat̄. Verūtamē aliqḋ nomē cōnotans creaturā: nō verificaretur de deo ſi nulla creatura eſſet aut eē poſſet. vt patet per id qḋ dictum eſt. ¶ Quedā aūt nomina attributalia cōnotant ⁊ deū ⁊ creaturas ſicut ſcientia ſcibile. ⁊ dilectio diligibile ſeu bonū. Et quedā ɔnotant aliqua affirmatiue: vt pȝ in hijs de quibus dictū eſt. quedā vo negatiue. vt vnitas. ꝙ cōnotat diuiſionem intrinſecā negatiue. nā vnū dicimus qḋ eſt in ſe indiuiſuȝ. Similiter ſimplicitas ⁊ imortalitas: ⁊ ſi qua ſimilia ſunt. De quibus omnibus pōt patere inſpiciendo diffinitionē explicantem quid per quodlibet illoꝝ nominū importat̄. Omnia tamē illa in deo penitus idem ſignificant ex parte rei: ⁊ pro eadeȝ ex natura rei ſupponunt. Et per hoc pȝ ad aliud qḋ ſequit̄. ¶ Ad ſextum dicendum. ꝙ vel illa ratio nihil concludit. ꝙ verum eſt vt patebit. vel ſi concludit. eque ɔ̄cludit cōtra eam facientes. nam non plus probat diſtinctionem formalitatum intellectus ⁊ voluntatis diuine. q̄ diſtinctionem reruȝ ſi bene attendatur niſi quis ſine ratione ad placitum velit loqui. ¶ Dico ergo ad rationem negando conſequentiam. Nam licet dilectio dei ſit intellectio dei ⁊ ecōuerſo abſq̄ oī diſtinctione in re: ipſa tamē vnica ⁊ indiuiſa perfectio que eſt intellectio ⁊ volitio. eſt itellectio aliquoꝝ quoꝝ nō eſt volitio. Eſt enim intellectio omniuȝ intelligibilium tam bonorum q̄ malorum. eſt vo volitio ſeu dilectio tm̄ bonorum. ſicut ſoluendo hanc eandem dicit Magiſter ſupra di. 6. cap̄. ſed cōtra hoc. Et ideo quedam deus nouit que non diligit neq̄ approbat. Et ex hoc nulla diſtinctio argui poteſt inter rem que eſt volitio ⁊ rē que eſt intellectio. nō plus q̄ inter reȝ que eſt intellectio. ⁊ rē que eſt intellectio. Et cauſa eſt: q2 licet ille aliquoruȝ ſit intellectio quoꝝ nō eſt eſſentia vel volitio. v. g. malorum: nihilominus intellectio diuina maloruȝ eſt eſſentia dei. ⁊ volitio diuina bonorum. ⁊ volitio bonoruȝ eſt intellectio malorum ⁊ eſſentia diuina. ¶ Hoc in ſimili patet tā in deo q̄ in creaturis. in deo quidem. nam conſtat ꝙ memoria preſcientia ⁊ ſcientia in deo nullo mō ex parte rei diſtinguuntur. ⁊ tamen eadem res que eſt ſcientia ⁊ preſcientia ⁊ memoria: eſt aliquorum ſcientia quorum nō eſt preſcientia. v. g. preſentium. Et aliquorum preſcientia quorum non eſt memoria. puta futuroruȝ. Et verū eſt dicere ꝙ deus meminit Jude proditoris. ⁊ non preſcit ipſum. Et preſcit antechriſtuȝ ⁊ non meminit eius: nec tamē ſequitur ꝙ memoria ⁊ preſcientia diſtinguātur in deo. ⁊ ratio eſt: quoniā memoria ꝑteritoꝝ in deo eſt preſcientia futuroꝝ ⁊ preſcientia futuroꝝ eſt memoria preteritoꝝ. In creaturis quoq̄ ſimile patet. Nam certū eſt: ꝙ notitia qua ſoꝛ. nouit lapidem eſt aliqua entitas vel eſſentia. ſiue ſit precise qualitas quedā ſiue precise reſpectus ſiue agregatuȝ ex vtraq̄. Quecūq̄ aūt eſſentia ſit verū eſt dicere ꝙ illa eſt notitia lapidis. ⁊ nō eſt eēntia lapidis. ⁊ tamē illa notitia eſt oīno illa eſſentia. ⁊ econuerſo. ſine omni diſtinctione a parte rei: q2 lȝ illa eſſentia non ſit eſſentia lapidis: eſt tamen notitia lapidis. ⁊ notitia lapidis eſt eſſentia illa. ¶ Et per hoc patet ad confirmationem. nam maioꝛ eius vtiq̄ vera eſt accipiendo ſignificare cōmuniter ad cōſignificare vel connotare: ⁊ ſupponere. alš nō eſſet vera vt patet in exemplis predictis. ⁊ ſm hoc cōcedendum eſt: ꝙ hoc verbū diligit aliquid cōnotat ⁊ importat: ꝙ nō cōnotat hoc verbū eſt vel hoc verbū intelligit. Cōnotat eni bonum exiſtens vel apparens. Unde nomine dilectionis in cōmuni: intelligimus conſenſionē in bonū vel apparens bonuȝ ſicut preſcientia cōnotat futurum: ⁊ q2 omne qḋ deo apparet bonū vtiq̄ vere bonum eſt. ſequit̄. deus diligit malum. ergo malum eſt bonum. Intellectio autem nō cōnotat bonuȝ determinate. ideoq̄ nō ſequitur deus intelligit hoc vel malū. ergo maluȝ eſt bonum. Et ideo conceditur h̄. deus intelligit malum. ⁊ h̄ negat̄ deus diligit malum. ¶ Et ſi dicatur ꝙ cōnotare ⁊ conſignificare eſt proprium vocum vel conceptuum aut aliorum ſignorum res autem non ſignificant vt ante dictum eſt. nunc autē loquimur de rebus nō de vocib⁹ aut ɔceptibus. ¶ Dōm ꝙ q̄uis de reb⁹ loq̄mur nō de vocib⁹ loqmur tñ de reb⁹ nō per res ipſas ſed per voces eas ſignificātes. ⁊ ſm ꝙ ille alia vel alia vel alio ⁊ alio mō ſignificāt vel ɔſignificāt: ſic locutiones nr̄e vere ſunt aut falſe. aliter ⁊ aliter ad ꝓpōnes rñderi opȝ. ¶ Et ſi dicas ꝙ deſcribēdo oēm cōnotationē: adhuc h̄ erit vera. deus intelligit malū. ⁊ h̄ falſa. deus vult malū. Dōm ꝙ ſi talia circūſcribant̄. ⁊ ꝑdicta verba nec in cōſignificato nec in mō ſignificādi mō aliq̄ diſtinguant̄ tūc neutra illarū ꝓpōnū erit magis vera q̄ altera: ⁊ tūc ſicut ex noua inſtitutione. nō eadē que nūc vel nō eodem mō ſignificarēt: ſic nec eodē mō dōm eſſet ad illas tūc ⁊ nūc. ſic ſi h̄ vocabula ꝑſcire ⁊ ꝑſciētia inſtituerent̄ vt nihil ɔſignificarent niſi ꝙ cōſignificat memoria ⁊ meminiſſe. ⁊ eodē mō eque ɔcedendū eſſet deū ꝑſcire ꝑterita: ſicut ɔcedit̄: ꝙ meminit ꝑteritoꝝ. Similiter ſi iſti termini. homo. hoīes. ſicut nō ſignāt diuerſa vel cōnotant: ſic ex noua inſtitutione nō haberent diuerſuȝ modū ſignificādi ſicut nunc ɔcedit̄ h̄. ſoꝛ. eſt homo: ſic tunc ɔcedēda eſſet iſta ſoꝛ. eſt hoīes que tñ nūc nō ɔcedit̄. Sed dicere res. dimiſſis iſtis vocabulis intelligere ⁊ diligere. ¶ Veruȝ eſt dicere ꝙ illi realitati que volitio dicit̄ repugnat habere maluȝ pro obto nō aūt realitati que eſt intellectio. Item illa realitas que eſt intellectio eſt maloꝝ. illa aūt que eſt dilectio nō eſt maloꝝ. ꝗ illa nō eſt iſta. ¶ Dōm ꝙ qcqd eſt obm realitatis que eſt intellectio eſt obm realitatis que eſt volitio cū vna penit⁹ realitas ſit itellectio ⁊ volitio. ⁊ malū eſt vtiq̄ obm realitatis que eſt volitio. qm̄ intelligit̄ a realitate que eſt volitio. ⁊ vt dcm̄ eſt. res vel realitas que eſt volitio eſt intellectio maloꝝ lȝ nō ſit dilectio maloꝝ. ¶ Ad aliud cū dr̄: ꝙ realitas que eſt itellectio eſt malorum ⁊c̄. Dōm ꝙ oīo eſt defectiua eo ꝙ nō enunciat qd ſit maloꝝ: an. ſ. ſit de numero maloꝝ vel eēntia maloꝝ. vel cā maloꝝ vel dilectio maloꝝ vel intellectio maloꝝ. poſſet eni q̄libet ꝑdictoꝝ modoꝝ ⁊ multis modis alijs dici eſſe maloꝝ. ⁊ quocūq̄ mō ꝑdictoꝝ intelligeret̄ ꝑter vltimū: ꝓpoſitio falſa eſſet. Cōcedo ꝗ ꝙ illa realitas eſt maloꝝ in vltimo ſenſu. cuȝ vo addit̄: ꝙ realitas que eſt dilectio nō eſt maloꝝ aut intelligit̄ eodē mō. ſ. ꝙ nō eſt intellectio maloꝝ ⁊ tunc nego eam. aut intelligit̄ ꝙ nō eſt dilectio maloꝝ: vel alio mō. ⁊ tunc pȝ ꝙ ɔñtia nihil vȝ ſicut nō ſequit̄. res que eſt ꝑſciētia: eſt ꝑſcientia futuroꝝ. res que eſt memoria nō eſt memoria ꝑteritoꝝ. ꝗ res que eſt memoria non eſt res que eſt ꝑſciētia ⁊ ſic ſequit̄. Res que eſt eſſentia diuina eſt cā creature. Res que eſt eſſentia diuina: nō eſt effect⁹ creature. ꝗ res que eſt eſſentia diuina. nō eſt res que eſt eſſentia diuina. Et ſic pȝ ꝙ ꝑdicta nō cogunt ɔcedere talē diſtinctionē pfectionū in deo ex nā rei. ¶ Ad ꝑmā rōnē q̄ōnis rn̄ſum eſt ſupra. Ad 2ᵐ dōm ꝙ Aug. nō dicit illa eſſe equalia. Sed nō eſſe inequalia. Unde verba ſua ſunt hec. h̄ quatuoꝛ. ſ. viuus. ſapiēs. potēs. ſpecioſus. vt premiſit ſtatim. nō inequalia dicēda ſunt. Nomina enim quatuoꝛ res autem vna eſt. Sicut ergo idem non eſt ſibi inequale. ſic nec iſta.

¶ Scḋo Rñ° ɔcedit ꝓpoſitum ex hoc ꝙ ɔcedit gñare eſſe vere ꝓductionem. Omnis enim ꝓductio inquātum huius eſt actus ꝑncipij ꝓductiui ſicut actio actus actiui: vt pȝ 3° phyſi. igit̄ generatio illa eſt actus ꝑncipij ꝓductiui. ⁊ ſic ɔcedētes ꝓductionem ɔcedunt pariter potētiā ꝓductiuā. ¶ Qȝ etiā ɔfirmat̄ ex intentione phi. 9. ⁊ Cōmenta. ibidē. 11. cōmē. metaphyſice. vbi

Fol. 57. col. 3 circa mediū linee. 19.

vult ⁊ verū eſt: ꝙ ſicut omnis potētia eſt reſpectu alicuiꝰ actꝰ. ſic ecōuerſo actꝰ ille ad quē eſt: eſt actꝰ potētie. Et ſicut omnis potētia actiua eſt reſpectu actꝰ qui eſt actio: ſic omnis actio eſt alicuiꝰ potētie actiue. Et eadē rōne: omnis potētia ꝓductiua eſt alicuius actus qui eſt ꝓductio. ⁊ omnis ꝓductio eſt actꝰ alicuius potētie ⁊ ꝑncipij ꝓductiui. Unde ponere ꝓductioneȝ ⁊ negare eius ꝑncipiū ꝓductiuum eſt incōpoſſibilia affirmare. ¶ Et maxime hoc eſt ꝯtra iſtos qui volunt ꝙ generatio in deo nō ſolū ſit habitudo de genere relationis ſed vere ſibi cōpetat ratio actionis. ⁊ ideo minus poſſunt negare ꝑncipiū ꝓductiuū in patre ꝙ alij qui dicūt talia non ꝓductiones ſed relationes tm̄ iportare. Quis hoc falſum ſit: vt pȝ ſupra. d.4.q.1. ¶ Tertio falſum dicit: in hoc ꝙ ait gn̄ationē eſſe. ¶ Scd̄o ſic. Omnis potētia que per ſe eſt ad terminū ab ea vel ab eo in quo eſt per eaȝ ꝓductū inquātū huius eſt potētia vere ꝓductiua. Sed potētia gn̄andi dei pr̄is eſt huiuſ: ergo ⁊c̄. maior pȝ. nā quelibet eius ſingularis eſt vera. nec habere pōt inſtātiam. Potētia nāq₃ que eſt poſſibilitas ꝓpōnis vel terminoꝝ ſm modū loquēdi iſtoꝝ: quis poſſit eſſe circa terminos ſtantes pro rebꝰ ꝓductis: hoc tamē accidit ſibi. Unde nō minus reperit vbi vterq₃ terminus rē im productā ſignificat. v.g. in hac. pater pōt eſſe deitas. Potentia etiā paſſiua ⁊ ſi ſit ad rem ꝓductā nō tn̄ ad rē ꝓductā per eam vel nō inquātū ꝓducta eſt per eā. vt pȝ. ⁊ ideo maior certiſſima eſt. minor quoq₃ nulli dubia eſſe debet. Nā potētia gn̄andi dei pr̄is per ſe dē ad filiū ꝓductū ſiue ad genitū ab ea. vel a pr̄e cuiꝰ eſt vel qui eſt illa prās ⁊ hoc inquātū ab ipſo filius eſt ꝓductus ⁊ genitus. Unde ſi per ipoſſibile nullus eſſet genitus nulla potētia gn̄andi oino eſſet in deo quomodocūq₃ etiā ſumeret potentia gn̄andi. ¶ Tertio ſic. Cuiuſcūq₃ potētie actꝰ queȝ per ſe reſpicit inquātū eius actus eſt: eſt ꝓducere: eſt vere potētia ꝓductiua. Sed potētie gn̄andi in deo actꝰ quē per ſe reſpicit iquantum actus eius eſt: eſt ꝓducere. ergo ⁊c̄. maior pȝ. quis enīȝ actus potentie paſſiue ſit agere nō tamē inquātū eſt potentie paſſiue eſt agere: ſed potius pati. eſt aūt agere iquātū eſt actus actiue potētie. ſic in ꝓpoſito. minor etiā pȝ. nam actus potētie gn̄andi eſt gn̄atio. dicit eni pater potens generare.

Fol.57.col.4.circa finē lineę.54. Sic ſub ſēſu iperfecto in originali.

¶ Motus. vt idē ſignificet h̄ dictio grauitas ꝙ h̄ oratio ꝑncipiū motus deorſum. Et qꝛ aqua exiſtēs in terra nō mouet deorſuȝ nec illa forma eſt ei in illo loco ꝑnm talis motꝰ ideo ipſa nō eſt aque in illo loco grauitas: que tamen eſt ei in alijs locis grauitas ſicut etiā eſt ei ꝑncipiū deſcēdendi. Unde ſi aqua ſit in aere ⁊ deſcēdat ⁊ poſtea erit in terra. vere diceret: grauitas erit in aqua qn̄ erit in terra. Sed ipſa non erit: tunc grauitas. Et eſſet multū ſimile ad ꝓpoſitū ſi vna talis forma numero eſſet ſimul in duabꝰ aquis quarū vna eſſet in aere ⁊ deſcenderet altera vō eſſet in terra. tunc enī verū eſſet dīe ꝙ grauitas eſſet in vtraq₃ aqua. ⁊ tamen ipſa grauitas non eſſet in vtraq₃ aqua grauitas: ſed in altera tm̄. ſ. in ea que deſcenderet. ſic in ꝓpoſito: potentia gn̄andi eſt in pr̄e ſeu eſt pater ⁊ eſt etiā in filio: ſed ipſa non eſt in filio potentia generandi. Cum vō vlterius dicit: ꝙ nō reſpectu patris: nec reſpectu filij ⁊c̄. dico: ꝙ potētia generādi reſpectu filij. i. potentia generandi filium eſt in filio. Non tamen ipſa eſt in eo potētia reſpcū filij nec reſpcū alicuiꝰ alterius nec eſt potētia gn̄andi: qꝛ ipſe per eā nec ſe nec aliū pōt gn̄are.

Fol.50.col.2 poſt lineā.11.

¶ Unde Cōmen. ibi. Si omnis motor ⁊ agens haberet potentiā agendi ⁊ mouendi poſſibile eſſet vt in aliqua hora nihil eſſet: ⁊ ⁊ tunc quibus poſſet eſſe ⁊ ideo eſſe: qm̄ ſi poſſibile eſt vt ꝑmus motor non ſit aut non moueat: poſſibile erit vt nihil ſit nō. vult igitur ꝙ neceſſario ſemper actu moueat.

Fol.58.col.4.poſt ꝑnm lineę.15.

¶ Itē ꝯtra ꝑmū doctorē eſt: ꝙ dicit. ſ. ꝑnm ꝙ diſtingui a primo.

¶ Scd̄o ſic. Si eſſentia diuina eſſet ꝑnm elicitiuuȝ quo: gn̄onis ſequeret ſm dicta iſtoꝝ ꝙ pr̄ nō eſſet penitus ſine ꝑnꝰ: ⁊ a nullo. ꝯn̄s nō eſt cathegoricum. ꝯn̄tia pȝ: qꝛ ſm iſtos generatio eſt ipſa paternitas que vt dīt ꝯſtituit perſonā pr̄is: cuius aūt formale ꝯſtitutiuū eſt ꝑncipiatū. ⁊ ſm aliquo mō eſt ꝑncipiatum ⁊ nō penitus carens ꝑncipio. ſm dicta aūt eoꝝ generatio eſt ꝑncipiata ab eſſentia: quare ⁊c̄.

Fol.59.col.3. poſt ꝑnm lineę.49.

¶ Sicut aūt diffinitio bonitatis in cōmuni nō hȝ in ſe ſapiaȝ. ita nec infinite infinitā. Eſt igit aliqua nō identitas formalis ſapiētie ⁊ bonitatis inquātum earum eſſent diſtincte diffinitiones ſi eſſent difficiles. Diffinitio aūt nō tm̄ indicat rōnem cauſatā ab intellectu ſed quidditatem rei.

Fol.59.co.4 circa finē lineę.21.

¶ Ad qd etiā doctores implent tot quaternos oſtendentes vnū attributū ex alio. ſi non eſt inter ea niſi tm̄ dr̄ia rōnis. Ita enim perfecte videret deus cognoſci ꝗtū ad oēm ꝯceptū realē cum cognoſcit ſub vno attributo ſicut ſi cognoſceret ſub rōne oiuȝ attributoꝝ. ¶ Similiter doctores aſſignant quedaȝ attributa ꝓpinquiora eſſentie quedā emanātia: ꝙ nō eſſet ſi nulla diſtinctio eſſet inter ea niſi rationis.

¶ Itē ꝰ vbi ait ꝙ ſi queratur qd eſt ipſa ſūma nā: quid verius rn̄ ꝙ iuſtitia ⁊c̄. ecce ꝙ vult diuina ingt ꝑdicari de diuinitate aſs nō ꝯuenienter viderent ad qōnē factā de diuinitate per qd. Cōt vnū attributū de alio ꝑdicet ingt. pȝ. nā ſm Augm. 6. de tri. c. 7. in deo eadē eſt bonitas que ſapiā ⁊ nō eſt in eo aliud bonum eſſe aliud ſapientē eſſe. ⁊ idē dicit de ceteris attributis ꝯcedit. ergo ꝑdicationē vnius de alio in abſoluto: quelibet auteȝ talis eſt qdditatiua. ¶ Itē dicit: nō eſſe in deo aliud magnū eē: aliud ſapientē vel bonū eſſe. Ex hoc aūt ſequit ꝙ nō eſt alia rō bonitatis ⁊ alia magnitudinis ⁊ ſic de alijs. Et pȝ ꝯn̄a: qm̄ que ſola rōne dn̄t: dē ꝙ eſſe vnū nō eſt eē aliud. Sicut 3ꝰ phyſi. Phs dicit ꝙ idē eſt actꝰ agētis ⁊ patiētis: ſed eſſe nō idē. i. rō nō eſt eadeȝ. Idē dicit. 10. meta. ca. ꝑ dicit: ꝙ nō eſt idē igni ⁊ elemēto eſſe: ſed re qdē ⁊ nā ignis eſt elemētū. Et eodē modo dicit eſſe de ente ⁊ vno. ergo per nō eſſe idē igni: eſſe ignē ⁊ eſſe elementū intelligit eorum nō eſſe vnā rōnē. ⁊ per ꝯn̄s Aug. dicit idē eſſe deo magnuȝ eſſe ⁊ ſapientē eſſe. intelligit ꝙ ſm vnā ⁊ eandē rōnē eſt magnꝰ ⁊ ſapiens. ¶ Cōfirmat: qꝛ ſi eſſet talis pluralitas rōnū: tunc nō oīa attributa dicerent de eo ſm vnā rōneȝ. Sȝ hoc eſt ꝯ Anſelmoſi. 17. vbi ait. Quēadmodū itaq₃ vnū eſt qcquid eſſentialr̄ de ſūma ſubā dr̄: ita ipſa vno mō vna ꝯſideratione eſt qcquid eſt eſſentialr̄. nō ergo ſm aliā rōnē eſt iuſtitia ⁊ ſm aliam ſapiētia: ſed ſm eadē. ¶ Ad oppoſitū: ſi nō eſſet aliqua talis diſtinctio rōnū. attributa oīa dicerent de deo ſm vnā rōnē: ⁊ per ꝯn̄s plura ſimul iuncta nugatorie dicerent. hoc aūt falſum eſt. nullus enim diceret nugatoriā eſſe locutionē. qn̄ dicimus. hoc vl̄ illud iuxta voluntate dei factū eſt. vel cū dicimus magna charitas dei. vel magna potentia. ⁊ huius fecit h̄ vel illud. Apſs etiā ait ad Eph. 2ꝰ. Deus qui diues eſt in mīa ꝓpter nimiā charitatē ſuā ⁊c̄. nimiā. i. maximā. Iteȝ Hiere. 32. ait. ꝓpha. fortiſſime magne potens. dn̄s exercituū nomē tibi. Ecce Apſus imediate iungit duo noīa attributalia. ſ. magnitudinē ⁊ charitatē. ⁊ ꝓpha. tria. ⁊ tn̄ neutrū eoꝝ diceret quis nugatorie fuiſſe locutus. ¶ Scd̄o ſi nō eſſet aliqua talis diſtinctio. qcūq₃ cognoſceret vnū attributum de deo cognoſceret qlibet: dūmō ſciret qd iportat per nomē. ꝯn̄a eſt falſum: nā nālr̄ multi ph̄i cognouerūt deū eſſe beatū ⁊ intelligentē qui nō cognouerunt eum eſſe omnipotenteȝ. vel miſericordē. ⁊ ſic de pluribꝰ. ¶ Pro ſolutione. q. ꝑmitto ꝙ ꝓprie loquēdo aliud eſt attributū. aliud perfectio attributalis. ⁊ aliud ratio attributalis. Nā attributū eſt vox vel ꝯceptꝰ perfectionē ſimplr̄ iportans vere de deo ⁊ de oībus tribus perſonis ꝯiunctim ⁊ diuiſim ꝑdicabilis. Addunt tamē aliqui dicētes qd eſt cōmunis deo ⁊ creaturis. Sed hoc eſt ꝯtra eoſmet qui dn̄t: ꝙ imenſitas ⁊ eternitas: ⁊ oīpotētia ſunt attributa. cū creatura nec imenſa ſit nec eterna. neq₃ oīpo. ¶ Perfectio vō attributalis eſt perfectio quā ſignificat ⁊ pro qua ſupponit attributuȝ quādo de deo ꝑdicat. ¶ Sed ratio attributalis eſt ratio explicans qd per attributū iportat. Que pōt etiā dici ratio ꝑfectionis attributalis: nō qꝛ explicet qd ſit vel que res ipa attributalis ꝑfectio: ſed qꝛ pro ipſa pōt ſupponere ⁊ illaȝ ſignificat ſicut ipm attributū. Dicit etiā ratio attributi nō qꝛ ipſum ſignificet aut pro ipſo ſupponat: ſed vt dictū eſt: qꝛ qd per illud nomē importat manifeſtat. ⁊ ideo talis diffinitio attributi in gn̄ali: hȝ ſit rei: qꝛ eſt eius ſignū nō tamē ꝓprie eſt diffinitio dicens qd rei: qꝛ diffinitio dicens qd rei vt diſtinguit a rōne dicente qd nominis ſemꝑ explicat qd eſt res illa de qua dicit. Diffinitio aūt attributi de qua loqmur non ſic. v.g. diffinitio iuſtitie in generali eſt h̄. aliqd quo reddit vnicuiq₃ ꝙ ſuū eſt. per hanc aūt vt pȝ nō manifeſtat qd ſit illud de quo ipſa dicit. an. ſ. ſuba. vel qualitas vel qd aliud determinate. Uerū tamē quedā diffinitio dicēs qd rei magis perfecte manifeſtat qd eſt res: quedā minus: quedaȝ per intrinſeca tm̄ ⁊ quedaȝ per extrinſeca ſicut alibi videri hȝ. Quāuis aūt diffinitio noīs attributi ſit rei hoc ideo qꝛ rem ſignificat ⁊ per re ſupponit: nō tamen oīs ratio noīs eſt hoc mō rei: ſed tunc tm̄ quādo illud nomē pro re aliqua ſuppoſito ⁊ de ipſo ſignificatiue ſumpto verificari pōt eſſe exiſtere. Sicut eſt in ꝓpoſito de quolibet attributo. vbi aūt hoc nō ꝯ tunc illa diffinitio eſt ſic nominis. ꝙ nullo mō rei. quales ſunt diffinitiones noium iportantiū ſigmēta ⁊ ipoſſibilia eſſe. Alie differētie plures poſſent aſſignare inter diffinitioneȝ nominis ⁊ rei. ſed non eſt opus ad ꝑſens. ¶ Scd̄o ꝑmitto: ꝙ aliqd diſtigui ab aliquo rōne ſiue ſit rō dicēs quid rei ſiue quid noīs. pōt intelligi tripl̄r ꝗtum ad ꝑſens ſufficit. ꝑmo qꝛ eſt rō diſtincta ab alia rōne vel ab aliq̄ re. Sicut aliqua etiā dicunt diſtingui re ſiue ſm rem: qꝛ ſunt diſtincte res. vel ſaltē illud qd dr̄ re diſtingui eſt res. ſicut pōt dici ꝙ res aliq̄ diſtinguit ſm rē vel re ab aliq̄ rōne. hoc eſt: ⁊ ſi res diſtincta a rōne. ¶ Scd̄o aliq̄ pñt dici diſtingui rōne nō

Fol.62.co.2 poſt ꝑnm lineę.32. Quāuis ſenſus ſit impfectꝰ nō alr̄ hȝ in originali. Hec apoſtilla eſt de mēte cuiuſdam fraterculi. cōſidera ergo i ꝗtis ex ſua neſciētia errauit.

q2 ſint diſtincte rõnes aut alterũ ſit rõ: ſed q2 rõ que eſt vnius nõ eſt rõ alterius. ⁊ ecõuerſo rõ alterius nõ eſt rõ illius. Sicut dicimus ꝙ homo ⁊ aſinus differunt rõne: nã rõ hois non eſt rõ aſini. nec rõ aſini rõ hois. Et que ſic dicuntur diſtingui rõne nõ opꝫ ꝙ ſint rõnes: ſed põt eſſe vere res extra aiam vt pꝫ in exẽplo poſito. Simili mõ dicimus aliquas eſſe eadẽ rõne: nõ ꝙ ſint vna rõ: ſed q2 eoꝝ eſt vna rõ. Sicut diſtincte res eiuſdẽ ſpẽi dicunt eſſe eadẽ rõne. q2 eorũ eſt vna rõ ſpecifica. Simili mõ loquẽdi vtimur: cũ aliqͣs ſubſtãtias dicimus differre ꝓprietatibꝰ vel accidẽtibꝰ: q2. ſ. accidẽs vel ꝓprietas vnius nõ eſt accidens alterius nec ecõuerſo. ¶ Utroqꝫ mõ ꝑdicto: pꝫ ꝙ diſtinctio ꝑncipaliter eſt inter ipſas rõnes. ¶ Sed tertio mõ poſſet dici aliquid ab aliquo diſtingui rõne neutro ꝑdictoꝝ modoꝝ. Sed ſic ꝙ ipm ꝑciſe vnũ ſm ſe: ꝓpter plures rõnes circa ipm ſabricatas diſtinguat rõne a ſeipſo. ſic ꝙ diſtinctio talis nõ intelligat eſſe ſolũ īter illas rõnes: nec per iclaſionẽ rõnũ: ſed in ipã re cuius ſunt iſte rõnes: vt ꝑciſdit ab oĩbꝰ talibꝰ rõnibꝰ. q̃do videntur aliqui dicere ꝙ vna res penitꝰ extra aiam indiuiſa diſtinguit rõne a ſeipſa: ⁊ hoc magis declarabit in dubitãdo contra tertiã ↄcluſionẽ que ꝓbabit. Hys ꝑmiſſis pro ſolone. q. pono tres ↄcluſiones. Prima eſt ꝙ nulla eſt pluralitas ꝑfectionũ attributaliũ ſeu diſtinctio ſm rõnẽ. ꝑmo mõ ſumpta. Hic ꝓbat: q2 queciqꝫ diſtinguunt rõne hoc mõ ſunt rõ ⁊ rõ. vel ſaltẽ illũ qd ſic diſtinguit eſt rõ. vt dictũ eſt. Sed ꝑfectio attributalis nõ eſt rõ: ſed veriſſima ⁊ perfectiſſima res extra aiaꝫ: g̃ ⁊c. Et loquor hic de rõne que eſt actus aie. Nõ aũt vt aliq qñqꝫ ſumunt pro q̃dditate vel eſſentia aliq̃ extra aiam. cuius eſt ſignificatiua rõ illa que eſt actus aie. Si eni ſic accipiat rõ ↄſtat ꝙ ꝑfectio attributalis rõ dici põt. Sed nec ſic eſt aliq̃ diſtinctio ꝑfectionuꝫ attributaliũ: vt pꝫ ex ꝑcedenti qõne. Accipiẽdo aũt rõnẽ primo mõ quo in hac qõne intẽdo vti hoc termino rõ. rõnes attributales diſtinguunt rõne q2 vtiqꝫ ſunt diſtincte rõnes abinuicẽ. Nã alia eſt rõ iuſtitie a rõne miſericordie. ⁊ ſic de alijs. ¶ Secunda ↄcluſio eſt ꝙ ſumẽdo diſtingui rõne 2° mõ: vnũ attributũ diſtinguit rõne ab attributo alio. Perfectio aũt attributalis nõ diſtinguit rõne a perfectione attributali. v.g. iuſtitia a mia. Quis ꝑfectionis attributalis ſint multe rõnes attributales diſtincte. Prima pars ↄcluſionis pꝫ: q2 quoꝝlibet nominũ diuerſa ſignificantiũ vel cõnotantiũ diuerſe ſunt rõnes explicantes qd illa ſignificãt. pꝫ: ſed attributa quelibet ſunt huius. quedam eni ſignificãt diuerſa. v.g. iuſtitia ⁊ mia. ſapientia. ⁊ alia multa. Nam iuſtitia ſignificat iuſtitiã increatã. ⁊ quãlibet creatã. Similiter mia: miam icreatã ⁊ oẽs mias creatas. Eodẽ modo ſapientia: increatã ⁊ creatas ſapientias ſignificat. Quis aũt iuſtitia increata nõ ſit alia res a ſapiẽtia increata: ⁊ mia increata. iuſtitia tñ creata: res alia ẽ a ſapiẽtia creata: ⁊ ſimilr mia creata alia eſt ab vtraqꝫ. Iſta ẽt tria attributa nõ ſolũ ſignificant diuerſa: ſed ↄſignificãt ſecũdario etiã diuerſa. Sicut pꝫ in diffinitionibꝰ ipſoꝝ. Quedã aũt ſunt que licꝫ nõ ſignificent diuerſa ſed q̃cqd ſignificat per vnũ ſignificet per aliud: diuerſa tñ ſecũdario iportãt ſiue ↄſignificãt. ſicut ſunt. vnũ bonũ ⁊ verũ. ſumpta ſm ꝙ ↄuertunt cũ ente. nã vnũ negationẽ diuiſis intrinſece bonũ aũt voluntatẽ vel appetitũ. Nã vt pꝫ ex ꝑcedenti. q. ⁊ adhuc aliqd dicet: qõlibet attributũ vel aliq̃ diuerſa ꝑncipalr ſignificat a q̃libet alio vel ſecũdario diuerſum iportat. ex quo ſeq̃t ꝙ eoꝝ ſunt diuerſe rõnes. ↄfirmat q2 aliogn ipſa eẽnt noia ſynonyma ꝙ nullus dicit. ¶ Patet etiã inductiue diſcurrẽdo ſingulas rõnes attributoꝝ. Miſericordia vo creata que peccãti debita ſibi pena remittat. pꝫ autẽ ꝙ hee ſunt diſtincte ⁊ eoꝝ ſunt diſtincte ſignificatiões. ⁊ ita eſt de alijs vt patere põt. ¶ 2ª vo pars cõcluſionis ꝓbat. ſ. ꝙ perfectio attributalis. v.g. ꝑfectio dei quã ſigtat hoc nomẽ iuſtitia: nõ diſtinguit a ꝑfectione quã ſignificat in deo hoc nomẽ mia rõne hoc mõ. Quia ſi diſtinguit igit rõ entitatis que eſt iuſtitia nõ eſt rõ entitatis que eſt mia. nec ecõuerſo: ↄñs eſt falſum. ↄñtia pꝫ ex declaratione ꝑmiſſa de diſtingui rõne hoc 2° mõ: ſed ꝓbo falſitatẽ ↄñtis: q2 ſi rõ iuſtitie nõ eſt rõ mie. mia nõ eſt iuſtitia: ſed alia entitas ab ea. qd eſt iꝓbatũ in ꝑcedenti qõ. ↄña iſta pꝫ: q2 ſumatur illa entitas que eſt mia. ea demſata verũ eſt dicẽ. huius entitatis eſt rõ h̃. demõſtrata rõne mie. Aut g̃ eiuſdẽ eſt rõ iuſtitie ⁊ hoc eſt ↄtra poſitũ in antecedẽte. ⁊ ↄcedit ꝓpoſitũ: aut rõ eſt iuſtitie nõ eſt huius entitatis. ⁊ cũ ſit alicuius entitatis: q2 vere aliquã ſignificat: ſequit qd eſt alterius entitatis ab illa demõſtrata. ⁊ per cõſequẽs entitas que eſt iuſtitia dei eſt diſtincta ab entitate que eſt mia dei. ¶ Tertia pars ↄcluſionis pꝫ ex dictis. Nã attributoꝝ ſunt rõnes diuerſe: oĩa aũt attributa eãdẽ ꝑfectionẽ iportant: vt pꝫ ex ꝑcedenti qõne. Quãcũqꝫ aũt rem nomẽ ſignificat eandẽ ſignificat rõ nominis illius. g̃ oẽs rõnes attributoꝝ eãdẽ iportãt ꝑfectionẽ ⁊ per ↄñs eiuſdẽ ꝑfectionis ſunt plures attributales perfectiones. eo mõ. ſ. quo rõ attributalis dicit eẽ rei. ¶ Ex hys pꝫ ꝙ refert dĩe ꝑfectiones attributales diſtinguunt rõne: ⁊ perfectionũ attributaliũ: vel verius loquẽdo ꝑfectiõis attributalis ſunt plures vel diſtincte rõnes: ꝑmũ eni falſum eſt: ⁊ ſcõm verũ vt patuit. ¶ Pꝫ etiã ꝙ neutro ꝑdictoꝝ modorum res aliq̃ põt a ſeipſa differre rõne. Nõ qdeꝫ ꝑmo mõ: cũ ipſa nõ ſit rõ. Nec ſecũdo mõ q2 queliꝫ rõ eius eſt eius. Uñ q̃cũqꝫ ſic differũt rõne: neceſſario ſunt res diſtincte: vel termini diſtincti: vt pꝫ ex dictis. ¶ Sed circa dicta dubiuꝫ põt eſſe: q2 ſicut vniꝰ rei vnica eſt eẽntia ⁊ q̃dditas: ſic videt ꝙ ſit vnica rõ: ⁊ ꝑ ↄñs eiuſdem rei nõ põt eſſe plures rõnes: cuius oppoſitum dictum eſt. ¶ Ad hoc dõm: ꝙ q̃uis illa ꝓpõne multi vtant frequenter q̃ſi maxima quadã difficile tñ eſt iuenire qualr habeat veritateꝫ. Uñ vel hoc nomẽ rõ accipitur gñaliſſime ꝓ omni. ſ. cõceptu de re ꝑdicabili: vel accipit tñ pro omni ↄceptu hñte partes: q cõi noie vocari põt diffinitio. Et hic eſt multiplex: q2 qdã explicat qd nois: ⁊ vocatur diffõ dicẽs qd nois: ⁊ accipio nomen cõiter ad mẽtale ⁊ vocale ⁊ ſcriptũ. Quidã qd rei: ⁊ hoꝝ quidã explicatur per itrinſeca tñ: ⁊ qdã per extriſeca: qui ẽt põt ſubdiuidi: ſed nõ pertinet ad ꝓpoſitũ. ¶ Si accipit rõ ꝑmo mõ: vel ſecũdo pꝫ ſtatiꝫ ꝙ ꝓpõ eſt falſa: qm̃ ſicut eiuſdẽ rei poſſunt eẽ plura noia volũta nõ ſynonyma: ſic poſſibile eſt: imo poſito illo neceſſe eſt eiuſdẽ eẽ plures cõceptus de illa vel de termio ſuppñte per illa ꝑdicãda: hoc pꝫ de ente ⁊ vno: q̃ ſignificãt eandẽ rẽ: ſm tñ diuerſos ↄceptus ⁊ rõnes: ſicut cã ⁊ ꝑncipiũ: vt pꝫ. 4. meta. Itẽ 10. meta. ca. ꝑmo. dicit Phs ibidẽ de igne ⁊ elẽto. ⁊ in. 3. phyſi. dicit. ꝙ agere ⁊ pati idẽ eſt. nõ tñ tanq̃ rõnẽ eſſe vnã ꝙ qd erat eſſe dicentẽ ſicut tunice ⁊ indumenti. Sed ſicut vie a thebis ad athenas. ⁊ ab athenis ad thebas. Uia eni vt dicit ibi Cõmentator cõmẽ. 21. eſt eadẽ ſed in reſpcũ vnius regionis dicit aſcẽſus ⁊ in reſpcũ alterius deſcẽſus. Sic igit hec duo nomina. actio ⁊ paſſio. eandẽ rem numero ſignificãt: ⁊ nõ ſicut nomina ſynonyma: ſed ſm diuerſas rõnes ⁊ diſtinctiones. Similr h̃ duo nomina aſcẽſus ⁊ deſcẽſus: ⁊ per ↄñs plures cõceptus ⁊ rõnes: ſunt vnius rei mõ ꝑdicto. ¶ Si etiã accipit ratio dicẽs quid rei per extrinſeca tamẽ. adhuc eiuſdẽ rei poſſunt eſſe plures rõnes: ſaltẽ incõpletiue. i. nõ cõplete oĩa extriſeca capiẽtes: ſed vna vnũ vel aliqua: alia aliũ vel alia. Sicut de aia daẽ vna diffinitio per ꝓpꝛiam mãm. ſ. actꝰ corporis organici ⁊c. Et alia que notificat ipſam per ꝓprias operationes: ſicut eſt illa: qua dicitur qd eſt quo viuimus ſentimus mouemur ⁊ intelligimus ꝑmũ. Et ratio vtriuſqꝫ ꝑdictoꝝ eſt: qm̃ res põt ↄſiderari ſm diuerſa extrinſeca ſibi: ⁊ alia ↄſideratio eſt qua ↄſiderat ſm vnũ: ⁊ alia que ↄſiderat ſm aliud. ⁊ ſic ſunt eiuſdem diuerſe. Si vo ſumat rõ que eſt diffinitio per itrinſeca tñ: ⁊ ſit cõpletiua. adhuc põt eiuſdẽ. diuerſe diffinitiones: que erũt diuerſe nõ rõne ſignificatoꝝ vel ↄſignificatoꝝ ſed rõne modi ſignificãdi terminoꝝ poſitoꝝ in illis: ſicut ſunt diffinitiones ſubſtãtiarũ quarũ aliqua eſt per genus ⁊ differẽtias in recto. ⁊ aliqua per genus ⁊ differẽtias ſumptas in obliquo. Exemplũ ꝑmi. Subſtãtia mãlis rõnalis. eſt diffinitio hois. Exempluꝫ ſcđi. Subã cõpoſita ex mã ⁊ aia rõnali. eſt diffinitio hois. Si ergo aliquã veritateꝫ debet habere ꝓpõ illa: opꝫ ꝙ intelligat: ꝙ eiuſdẽ rei nõ poſſunt eſſe plures diffinitiones cõpletiue hñtes partes que habẽt eundẽ modũ ſignificandi: puta ꝙ oẽs partes vtriuſqꝫ diffinitionis ſumant in recto vel vtriuſqꝫ alique in recto ⁊ alique in obliquo. Et hoc põt dici etiaꝫ de hys que dant per extrinſeca dũmodo quelibet ſit cõpletiua. plures aũt incõpletiuas: nõ eſt incõueniẽs eiuſdẽ rei eſſe diffinitiones. vt pꝫ per habita. ⁊ ſic intelligẽda eſt ꝓpoſitio illa qñ a phõ vel aliquo auctore ꝓponit. ¶ Nunc ad ꝓpoſitũ: rõnes attributales de qbus dictũ eſt: ſunt rõnes dicẽtes qd nominis. Et ſi alique ſint aut eſſe poſſint dicẽtes qd rei perfectionis attributalis ille vtiqꝫ eſſent per extrinſeca tñ cum ipſa ſit ſimpliciſſima ⁊ per ↄñs per intrinſeca diffiniri nõ poſſit: vt pꝫ 7° meta. Itẽ rõnes iſte alia ⁊ alia extrinſeca cõnotãt: ⁊ nõ eadẽ ſicut ⁊ nomina ipſa vt in qõne ꝑcedente declaratũ eſt: ⁊ per cõſequens nihil ꝓhibet plures tales rõnes eidẽ perfectioni attributali cõpetere. ¶ Tertia ↄcluſio eſt ꝙ perfectio attributalis nõ diſtinguit a perfectione attributali rõne ſm 3ᵐ itellectũ datum de ſe diſtingui rõne. nec eſt poſſibile aliquid ſic diſtingui. hoc autem probo primo ſic: q2 ſi ſic igitur aliqua ratio vna demonſtrata eſſet eius que non eſſet eius. conſequens eſt impoſſibile: ergo ⁊ antecedens.

¶ Quãuis ergo eiuſdẽ rei poſſint eſſe plures rõnes adinuicem diſtincte: ⁊ aggregatũ ex illa re ⁊ vna illarũ rõnũ poſſit dici diſtingui ab aggregato ex eadẽ re ⁊ vna alia illarũ rõnuꝫ. ipſa tñ res cuius ſunt ille rõnes ꝑciſe ab oĩbꝰ illis: nõ põt per illas a ſe ipſa Fol. 67. co. 2 poſt pnᵐ linee. 40.

differre. Exemplū. Sit vna ſubſtātia numero: habēs in ſe plures qualitates. v.g. Subſtātia lact' albedinē ꝛ dulcedinē. Quis dulcedo ſit diſtincta ab albedine ꝛ ecōuerſo. Et aggregatum ex lacte ꝛ albedine: poſſit dici diſtinctū per albedinē ab aggregato ex lacte ꝛ dulcedine: qꝛ albedo eſt eius ꝛ nō aggregati ex lacte ꝛ dulcedine ꝛ ecōuerſo per eandē rōnē aggregatuꝫ ex lacte ꝛ dulcedine: per dulcedinē diſtinguit̃ ab alio aggregato. Ipſa tñ ſubſtātia lactis ſm ſe: nō diſtinguit̃ a ſeipſa per albedinē. nam per illā albedinē nō pōt diſtingui niſi ab illo cuius nō eſt illa albedo eadē: vel ſaltē nō eſt eius eodē modo. Sed iſta albedo: eſt huius ſubſtantie lactis: ꝛ omni modo quo eſt huius ſubſtantie lactis. aīa h̄ ſubſtantia lactis: non eſt ipſamet. Simili modo pꝫ ꝙ nec per dulcedinē diſtinguit̃ a ſeipſa.

Fol. 62. col. 3. circa med. linee. 24. ¶ Preterea qḋ diſtinguit̃ ꝛ id a quo diſtinguitur ſunt diſtincta. ꝛ hoc vniuerſaliter in omnib' verū eſt: qꝛ omne diſtinctū a diſtincto eſt diſtinctū. Si ergo aliquid diſtinguit̃ a ſeipſo quomodocūqꝫ diſtinguat̃: neceſſe eſt ipm̄ eſſe diſtinctū. Tūc fingent̃ aliqua talia diſtincta ꝛ ſint. a. ꝛ. b. Et arguat̃ ex oppoſitis vt docet ph̄s 2° pꝛioꝝ ſic. Quelibet diſtincta ſunt multa. aliqua diſtincta videlꝫ. a. ꝛ. b. nō ſunt multa. ergo aliq̄ diſtincta nō ſunt diſtincta. ꝙ eſt ipoſſibile. Maioꝛ pꝫ: qꝛ ſi aliq̄ diſtincta non eſſent multa: illa eſſent vnū. ꝛ per ꝯñs indiſtincta. Minoꝛ pbat̃. ſ. ꝙ. a. ꝛ. b. nō ſunt multa vt imediate pbatū eſt.

Fol. 62. col. 4. circa me. linee. 54. ¶ Idē dicit in pluribus locis ph̄ie. ¶ Itē Cōmē. 2° phyſi. cōmē. 70. vbi ph̄s vult ꝙ forma ꝛ finis aliq̄ñ coincidūt in idē numero: dicit ꝙ aliq̄ñ ſunt vnū ſm ſubm̄ ꝛ plures ſm diffinitiones. ¶ Itē 4° phyſi. dicit ph̄s ꝙ idē ꝛ ſm idē eſt diuiſio ꝛ diuiſioꝛ eſſe aūt nō idem eſt. vbi Cōmē. cōmē. 121. exponēs dicit ꝙ ſunt vnū ſm eſſentiā ꝛ differūt ſm diffinitionē. ¶ Idē etiā Cōmen. ibidē cōmē. 104. dicit ꝙ ſoꝛ. in theatro ꝛ in foro eſt idē ſm ſubiectū ꝛ diuerſuꝫ ſm diffinitionē. ꝛ ꝯſtat ꝙ per eſſe idē ſm ſubm̄ intelligit eſſe eādē rē numero. ¶ Item Porphy. in ca. de differentia. dicit ꝙ ſoꝛ. vir differt a ſe puero. ꝛ ſoꝛ. faciens aliqd differt a ſe qeſcente: vel nihil faciente. ꝯſtat aūt ꝙ nō differt realiter. igit̃ rōne. ꝛ ſic res vna differt a ſeipſa rōne.

Fol. 63. col. 1. circa fi. li. 53. ¶ Ad aliud dōm eodeꝫ mō. ſ. ꝙ nō intendit ꝙ ſoꝛ. in foro differt a ſe in theatro: ſed ꝙ ratio vel ꝯcept' quo ꝯcipit̃ vt eſt in theatro eſt alius ab eo quo ꝯcipit̃ vt eſt in foro: qꝛ aliud eſt theatrū ꝛ aliud forū. ¶ Ad aliud de poꝛ. dōm. ꝙ ꝓpꝛie loquendo nō eſt ꝯcedendū ꝙ ſoꝛ. ſenex differt a ſoꝛ. puero. cuꝫ qñ ſoꝛ. ſenex eſt. tunc nō eſt ſoꝛ. puer. nihil aūt differt ꝓpꝛie loquendo ab eo qḋ nō eſt. verum eſt tñ ꝙ ſoꝛ. ſenex nō eſt ſoꝛ. puer. q̃uis ſoꝛ. ſenex ſit ſoꝛ. qui fuit puer. Similiter ſoꝛ. quieſcens nō eſt ſoꝛ. motus: nō tamē differt a ſoꝛ. moto. i. qui mouet̃: qꝛ nō ſimul ſunt ſoꝛ. q mouet̃ ꝛ ſoꝛ. quieſcens. Impꝛopꝛie ergo loquit̃ poꝛ. ſicut tunc loquit̃ de differētiis: nō ꝓpꝛie dicta ſed cōmuniter. ꝛ per dr̃iam ſic cōmuniter ſumpta intelligit: oē ꝑdicabile ꝙ pōt eſſe mediū negādi aliqḋ parte ab illo cui ꝯuenit illud ꝑdicabile ꝛ ſic eſt in ꝓpoſitis exēplis. Unde hoc ꝑdicabile. qeſcens. cū dicit̃ de ſoꝛ. eſt mediū negādi ab eo h̄ totū. ſoꝛ. qui mouet̃. ſic arguēdo. nullū quieſcens eſt ſoꝛ. qui mouet̃. ſoꝛ. eſt quieſcēs. ergo ſoꝛ. nō eſt ſoꝛ. q mouet̃. Et hac ipꝛopꝛietate pōt dici ꝙ ſoꝛ. qeſcēs differt a ſoꝛ. qui mouet̃. quod tñ ſm ꝓpꝛietatē locutionis falſum eſt.

Quantum ad ꝑmuꝫ articulũ eſt vna op̃.ꝙ nulla relatio eſt actualiter extra aĩam.imaginant̃ eñi ſic opinãtes ꝙ oĩs relatio eſt quedã cõnexio ſeu habitudo media cõnectens mutuo extrema que referunt̃.hmõi aũt cõnexio non põt eſſe a nã nec aliq̃ res põt ſic cõnectere extrema relatiua. Sicut ꝓbant per rõnes poſitas ad ꝓbationẽ antecedẽtis ꝑme rõnis facte ad.q.igit̃ opꝫ ꝙ ſit tñ̄ ab aĩa apprehendente habens eſſe obiectiue tñ̄ in ipſa. Qualiter aũt hoc ſit declarant in ſpeciali de quolibet mõ relatiuoꝝ. De ꝑmo qdẽ:qm̃ idẽtitas:equalitas ꝛ ſimilitudo:nihil aliud ſunt ꝙ̄ quedaꝫ vnitates. Unitas v̾o eſt indiuiſio ꝛ indiſtinctio. Hec aũt indiſtinctio nõ eſt mera negatio:q: oẽ indiſtinctũ eſt in aliquo idiſtinctũ:fundat̃ ergo ſuper aliquo. Sed nõ in nã cõmuni:alioqn nõ eſſet relatio ſed identitatio in nã cõmuni q̃dditatiua ꝛ eſſentiali in qua nõ includit̃ aliqđ relatiuũ. Et iterũ imaginatio ꝛ ſenſus nõ iudicarẽt ſimilitudines coꝛpoꝝ aut diſſimilitudines:cũ nãm cõem nõ apprehendent:cuius tamẽ oppoſituꝫ experimur. Nec põt dici ꝙ fundet̃ ſuꝑ duas albedines nãliter diſtictas ꝓut ſunt in re extra:alioquin ſequeret̃ ꝙ vna negatio eſſet in duob⁹ ſubiectis etiã diſtãtiſſimis.nã vna albedo põt eẽ in aqlone:altera in meridie. Relinquit̃ ergo ꝙ fundet̃ in apphẽſione earũ ambarũ.vnde non

eſt aliud ſimilitudo duarũ albedinũ q̃ earũ apꝑ̃henſio indiſtin-
cta: nõ qdem apꝑ̃henſio actua: ſed apꝑ̃henſio obiectiua: ſunt .n.
ibi tria cõcepta. videlʒ particularis albedo: ⁊ indiſtincta appre-
henſio ⁊ obiectiua ab alia albedine: ⁊ tertiũ alia albedo. Unde
nõ eſt aliud ſimilitudo inter duas albedines q̃ iudiciũ indiſtin-
ctum inter eas: ſed per ꝯtrariũ diſſimilitudo eſt iudiciũ diſcre-
pans ⁊ diuerſum. Actui enim apprehenſiuo correſpõdet appre-
henſio obiectiua: ꝓpter qꝺ cũ intellectus iudicat duas albedi-
nes indiſtinctas correſpondet obiectiue inter illas iudiciuʒ in-
diſtinctum: cũ vͦo iudicat eas diſſimiles correſpondet qꝺdã iu-
dicium diſcrepans ⁊ diuerſum: ⁊ hoc vocaꝭ diſſimilitudo. Hec
aũt apprehenſio indiſtincta incipit ab vna albedine ⁊ termina-
tur ad aliã: ⁊ ecõuerſo. ⁊ ideo eſt habitudo reſpiciẽs pro funda-
mento illã a qua incipit: ⁊ pro termino reliquã ⁊ ſimiliter econ
uerſo. ¶ Plures alias rõnes adducunt q̃tũ ad ꝑmũ modũ re-
latiuoꝝ: ſed qꝛ ille nõ ꝓbãt directe relationes hmõi nõ eſſe res
extra aiam: ſed ſolũ ꝙ nõ ſunt diſtincte res ab abſolutis: ꝙ ego
etiã credo eſſe verum: nec ex iſto ſequiꝭ ꝑmuʒ vt patebit in 2°
articulo: ideo illas nõ recito. ¶ Quãtuʒ ad ſcꝺm modũ relati-
uoꝝ ꝓbant ꝯcluſionẽ ſic. Nulla res dependet a non re: nec fun-
datur ſuper eam. Sed relationes ſecundi modi fundanꝭ ſuper
egiſſe ꝙ trãſiyt in ꝑteritũ. nã paternitas manet gnõne trãſeun-
te: igiꝭ nõ põt dici ꝙ inter ſoz. ⁊ pla. ſit aliq̃ realitas media que
dicaꝭ paternitas. Et ideo dñt ꝙ tales relationes nõ ſunt aliud
q̃ ꝓducere ⁊ ꝓduci vt ꝯcipiunꝭ per moduʒ habitus ⁊ quietis:
que vt ſic habent ꝓducens ⁊ ꝓductuʒ cõnectere. ¶ Idẽ ꝓbaꝭ
de 3° mõ relatiuoꝝ ſic. Impoſſibile eſt aliquã rem dependere a
nõ re. Sed relatio ſciẽtie ad ſcibile ⁊ actus intellectus ad intel-
ligibile ⁊ ſic de aliys menſuratio depẽdet a nõ re: qm̃ nõ opʒ ꝙ
ſcibile ſit in actu ſciẽtia remanẽte: nec intelligibile dum intelli-
giꝭ: ergo ĩpoſſibile eſt ꝙ talis relatio ſit aliq̃ res exiſtens extra
aiam. ¶ Hoc etiã a ꝑori vt dñt põt oſtendi: ex hoc ꝙ mẽſura-
ta ſuper ſimilitudines diminute ⁊ mẽſurantia ſunt quedã exẽ-
plaria. Sicut igiꝭ ſimilitudo que eſt iter formas equales ⁊ pa-
res mutua indiſtinctio nõ hʒ eſſe niſi ab aia. ſic iſta relatio mẽ-
ſurati que nõ eſt aliud q̃ indiſtinctio ſiue aſſimilatio aut imita-
tio forme diminute ad formã exẽplarẽ: nõ tñ ecõuerſo ex par-
te exẽplaris eſt talis aſſimilatio: ꝓpter qꝺ dicit Phs 5° meta.
ꝙ in talibꝰ eſt tñ relatio ex parte alterius extremi: non hʒ eſſe
niſi ab aia. ¶ Hec opinio multa falſa implicat de qbus nõ opʒ
ad ꝑſens diſſerere: ⁊ quedã alia magis ad ꝓpoſitũ pertinentia
ꝯtra que intẽdo nunc arguere. Primũ eſt quãtũ ad hoc ꝙ dicit
ꝙ nulla idẽtitas aut diſtinctio: ſimilitudo vel diſſimilitudo: eq̃-
litas vel ineqũlitas: paternitas vel filiatio: ⁊ ſic de aliys relatio-
nibus trium modoꝝ eſt res actualiter extra aiam: ſed ſoluʒ ab
aia habẽt eſſe. ꝯtra hoc autẽ ꝑmo arguo ſic. Si nulla diſtinctio
eſt abſq̧ operatiõe aie: nulle res ſunt diſtincte abſq̧ operatiõe
aie. ꝯñs eſt falſum: qm̃ tunc nec deus ⁊ creature: nec creature
ab inuicẽ: nec perſone diuine abinuicẽ eſſent diſtincte niſi eẽnt
ab aia apꝑ̃henſe. Hoc aũt falſum eſt ⁊ erroneuʒ. nã partẽ diui-
ne fuerũt anteq̃ eſſet aliq̃ aia ⁊ eternaliter diſtincte. Similiter
deus ⁊ creatura aliqua ⁊ creature adinuicẽ ſi nunq̃ apprehen-
derenꝭ forent actualiter diſtincte. Qꝫ põt etiã ꝓbari. Naʒ eſto
ꝙ nõ apꝑ̃hendanꝭ: ⁊ deus eſt: ⁊ creature ſunt: nec deus eſt crea
tum nec ecõuerſo: nec vna creatura eſt alia nec econuerſo. igiꝭ
eſto ꝙ nõ apꝑ̃henderenꝭ ſunt diſtincta. ¶ Confirmaꝭ: qꝛ ſi non
eſſent diſtincta nõ eſſent plura: ⁊ per ꝯñs non eſſent plures res
extra aiam ſi oia eſſent vnũ numero. ¶ Conſequẽtia pʒ: qꝛ vel
qꝺlibet diſtinctũ eſt diſtinctio: vel nõ põt eſſe diſtinctũ ſine di-
ſtinctione. ¶ Scꝺo idẽ ꝓbaꝭ de ſimilitudine ⁊ diſſimilitudine:
⁊ arguo ſic: aut duo albedines abſq̧ operatiõe aie ſunt ſimilia
aut nõ. Si ſic: igiꝭ ſimilitudo ẽ ꝑter operationẽ aie: qꝛ ĩpoſſibi-
le eſt eſſe aliqua ſimilia: nulla ſimilitudine exiſtente: ſicut ĩpoſ-
ſibile eſt aliqua eſſe alba nulla exiſtẽte albedine. Si nõ ſunt ſi-
milia: igiꝭ vnũ nõ eſt tale quale eſt aliud: ⁊ per ꝯñs non vtrũq̧
eſt albũ ꝯtra poſitũ: ⁊ pʒ iſta ꝯñtia: qm̃ cũ dicimus aliqua ſimi-
lia: nihil aliud exprimere intẽdimus niſi ꝙ vnum eſt tale quale
eſt aliud: ſicut cũ dicimus aliqua eſſe equalia nõ aliud intẽdimꝰ
ſignificare q̃ ꝙ vnũ eſt tãtũ quãtuʒ eſt aliud ⁊ ecõuerſo. v̇. g. ſi
vnũ eſt bicubitũ aliud eſt bicubitũ ⁊ ecõuerſo: vnde ſicut ĩpoſſi
bile eſt ꝙ ſint duo bicubita ⁊ iſta nõ ſint equalia: ſic eſt impoſſi
bile ꝙ aliqua ſint alba ⁊ nõ ſint ſimilia. ¶ Confirmaꝭ per dicta
op. ꝯtra quã arguo. ipſi enĩ volẽtes ꝓbare ꝙ ſimilitudo nõ eſt
res diſtincta a qualitate: arguunt: qꝛ ſi eſſet res diſtincta: tunc
deus poſſet ſine ꝯtradictione cõſeruare duas albedines annul
lando reʒ ſimilitudinis: qꝺ tamẽ eſt falſum vt dñt: qꝛ ſi deꝰ hoc
faceret adhuc ĩtellectꝰ ꝯſiderans tales albedines inueniret eas
ſimiles ſicut ante. ergo ĩpoſſibile eſt vt dñt ꝙ realitas aliq̃ ad-
datur albedinibꝰ que appellaꝭ ſimilitudo. Et idẽ dñt de eq̃lita-
te reſpectu equaliũ. ¶ Ex hoc aũt dicto coꝝ habeꝭ ꝑmo: ꝙ im
poſſibile eſt ⁊ ĩplicãs ꝯtradictionẽ ꝙ ſint duo alba que nõ ſint
ſimilia: aut duo bicubita nõ equalia. Et vlterius ꝙ ĩpoſſibile eſt
ꝙ aliqua ſint ſimilia ſine ſimilitudine aut equalia ſine equalita
te: ſicut arguebaꝭ. ¶ Scꝺo ꝙ ſimilitudo nõ eſt aliq̃ talis appre
henſio obiectiua diſtincta a q̃litatibꝰ: vt dñt qm̃ ꝯſtat nullam
eſſe ꝯtradictionẽ ꝙ ſint aliqua alba ⁊ nõ ſit aliqua talis appre-
henſio obiectiua. ¶ Tertio qꝛ dñe ꝙ ſi deus ꝯſeruaret albedi-
nes ſine re ſimilitudinis adhuc ĩtellectus ꝯſiderãs inueniret eas
ſimiles ſicut ante. Si aũt inueniret eas ſimiles. igiꝭ ꝑerãt ſimi-
les nec ſiunt ſimiles per ipꝫm ĩtellectũ: qꝺ eſt ꝯtra eos. ¶ Per
eundẽ modũ poſſet ꝓbari de aliys relationibꝰ ꝑmi modi ꝙ ſunt
res actualiter extra aiam exiſtẽtes. ¶ Ad has rõnes poſſet di-
ci ſm dicta coꝝ ꝙ cũ diciꝭ ꝙ abſq̧ opere intellectus vel aie ali
qua ſunt realiter diſtincta vel ſimilia: aut ĩtelligiꝭ ꝙ habẽt rea
liter fundamẽta diſtinctionis ⁊ ſimilitudinis ꝓpter qꝺ ſunt in
potẽtia ꝓpinqua ad hmõi habitudines: ita vt intellectus coga-
tur ad reducendũ eas in actu: ⁊ hic intellectus verus eſt: aut in-
telligiꝭ ꝙ habẽt actualiter habitudines hmõi abſq̧ opere ĩtel-
lectus ⁊ hoc eſt falſuʒ. Qꝺ pʒ in ſimili. Nam cõſtat ꝙ ita aliqs
rex vel dñs ſeu ꝑlatus eſt realiter dñs vel rex ſeu ꝑlatus: ⁊ ali-
quid eſt idẽ ſibi ipſi: ſicut aliqs eſt pater vel filius: aut aliq̃ ſunt
diſtincta vel ſimilia: ⁊ tamẽ nullus dicit ꝙ dñium vel ꝑncipatꝰ
regalis ſeu ꝑlatio ſit aliqd in actu extra aiam. Alioquin electio
alicuius perſone in regẽ vel ꝑlatũ que eſt mere volũtaria ĩpri-
meret illi pſone relationeʒ realẽ: qꝺ nõ videꝭ ꝯueniẽs. Simili-
ter ꝯſtat ꝙ idẽtitas eiuſdẽ ad ſe nõ eſt actu extra aiam: ſed ĩtel-
lectus format eã diuidẽdo idẽ in duo. ¶ Preterea cũ circũſcri-
bitur oĩs actus intellectus ⁊ deinde enũtiaꝭ ꝙ adhuc aliq̃ eẽnt
diſtincta: iam relinquiꝭ aliqs actus intellectus vtpote ille qui
hoc enunciat. ille aũt eſt qui reducit hmõi habitudineʒ in actu:
⁊ eodẽ mõ põt dici ad qꝺcũq̧ argumẽtuʒ quo diceretur ꝙ ante
operationẽ aie vel ea circũſcripta aliqua eſſent equalia: vel pa
ter ⁊ filius: aut aliqua alia que relatiue dicanꝭ. ¶ Hec nõ ſuffi-
ciunt ad ꝓpoſitas rõnes: qm̃ per eas ꝓbaꝭ ꝙ ante operationẽ
aie aliq̃ fuerunt actualr̃ diſtincta: ⁊ aliq̃ ſimilia: ex quo neceſſa-
rio ſeqtur ꝙ actualr̃ fuerũt diſtinctio ⁊ ſimilitudo. nã oppoſitũ
ꝯñtis nõ ſtat cũ añte. Sicut nõ ſtant ſimul ꝙ nulla ſit albedo: ⁊
aliqd ſit albũ. Qꝺ vͦo adduciꝭ de dñio etiã falſum eſt. nã dñium
vera res eſt extra aiam. Nec ſeqtur ꝙ electio perſone in dñm
ĩprimat ſibi aliquã rem nouã: qꝛ dñium nõ eſt aliqua res noua
ſuperueniẽs perſone electe. Sed eſt ipſamet pſona que tamẽ
ꝑus nõ erat dña: ⁊ ꝑ hmõi electionẽ facta eſt dña ſicut in ſimili
magis declarabiꝭ in ſequẽti articulo. Eodẽ mõ dico ꝙ ſicut ali-
quid eſt abſq̧ operatione aie ſibi idẽ realr̃. ſic abſq̧ operatiõe
aie realr̃ ⁊ actualr̃ eſt idẽtitas. Nec intellectꝰ illã facit diuiden
do illud in duo: qnĩmo potius ſic faceret diſtinctionẽ q̃ idẽtita
tem. Sed de hoc infra plus tangeꝭ. ¶ Qꝺ vͦo 2° diciꝭ etiã nihil
vʒ ad ꝓpoſitũ: qm̃ eſto ꝙ qñ aliqs enũtiat ⁊ iudicat aliq̃ eſſe di-
ſtincta tunc cauſareꝭ iudiciũ obiectiuum correſpõdens iudicio
actu: ꝙ tamẽ fictio eſt opinari: nullo tñ mõ apparet eſſe poſſibi
le ꝙ tunc per actum illũ fiat ꝙ ab eterno aut anteq̃ ipſe fuerit
cauſatũ extiterit tale iudiciũ obiectiuũ nũc aũt ꝓbaꝭ ꝙ ab eter
no ⁊ anteq̃ aia quicq̃ apꝑ̃hẽderet aliq̃ fuere actualr̃ diſtincta:
⁊ ſimilia: ac eq̃lia: q̃re illud dcm̃ nullius eſt refugiʒ in ꝓpoſito.
¶ Aliter aũt ſm alios videreꝭ poſſe rñderi. ſ. ꝙ ante operatio-
nem aie aliqua fuerunt diſtincta ſubſtãtiue ſeu entitatiue: ſed
nõ relatiue: ac per hoc nõ fuit tunc diſtinctio que eſſet relatio.
Uel ſm modũ loquẽdi alioꝝ: ꝙ fuerunt diſtincta eſſentialiter:
ſed nõ accidẽtalr̃. ꝯtra accidẽtalis aũt diſtinctio nõ eſſentialis
eſt relatio. ¶ Iſtud etiã nõ vʒ: qm̃ quecũq̧ ſunt diſtincta ſunt a
diſtinctio vel diſtinctis diſtincta: nec eſt poſſibile intelligere de-
terminate aliqd entitatiue vel eſſentialiter vel quoquo mõ eſſe
diſtinctũ qn determinate cognoſcã id a quo eſt diſtinctuʒ. ⁊ ideo
qꝺlibet taliter diſtinctũ eſt relatiuũ inquãtũ huiꝰ: ⁊ hmõi di-
ſtinctio eſt relatio. Ponere ḡ vltra hoc aliã diſtinctionẽ accidẽ
talẽ ſeu relationẽ eſt ſuperfluũ. ſufficit enĩʒ ꝙ quelibet entitas
ſit ſeipſa ab alia diſtincta. Nec etiã iuuat ꝓpoſitũ cũ ⁊ illa eſſen
tialis diſtinctio ꝑueniẽs: ſit relatio vt ꝓbatũ eſt. ¶ Tertio ꝑn-
cipaliter ad ꝯcluſionẽ arguo ſic. Deꝰ fuit eternaliter pater: igiꝭ
eternalr̃ fuit paternitas: ⁊ per ꝯñs non oĩs paternitas eſt tñ ꝑ
aiam: ꝯñtis patẽt de ſe: ⁊ añs eſt notũ per fidẽ. Alioqn .n. ſeque
reꝭ ꝙ filius nõ eſſet eternus. Unde Ambro. ⁊ Hyl. ⁊ ceteri ſcĩ
de hoc loquẽtes ex hoc ꝯtra hereticos ꝓbãt filij eternitatẽ: qꝛ
deus pater ſemꝑ fuit pr̃: ⁊ per ꝯñs ſemꝑ fuit ei filius. ¶ Quar-
to. Circumſcripta oĩ opõne aie aliqd eſſet maius aliquo ⁊ aliqd
minus: aliq̃ eſſent agẽtia ⁊ aliqua patiẽtia: aliq̃ cãe aliq̃ effectꝰ

vel cāta: ⁊ ſic de multis que relatiue dr̄: igit̄ ⁊ tunc eſſent relationes. ¶ Scḋo deficit opi. in fundamēto totali ſuo. fundat̄. n. imaginatio eius ſuper hoc: ꝙ oīs relatio ſit qḋdā interuallum ſeu habitudo media inter extrema relatiua illa ꝯiungens ⁊ cōnectens adinuicē. Hoc aūt falſum eſt: qm̄ nullū tale mediuꝫ eſt ponēdū. Nō eni eſt ponēdū aliqḋ mediū inter cām ⁊ effectū ꝙ ſit cāuſitas: nec aliqḋ mediū inter aliq̄ diſtincta ꝙ ſit diſtinctio: ⁊ ſimilr̄ nec aliq̄ relatiua media. Si eni deus deſtrueret omneꝫ aīam ⁊ oēm vniuſr creaturā ⁊ ſolā vnā poſtea cāret ⁊ ꝯſeruaret. v.g. vnū lapidē: ſicut bene ſibi poſſibile eſt. adhuc deus eēt cā illius ⁊ illa eius effect⁹: nec eſſet aliqḋ mediū ꝙ eſſet cāuſitas. aliogn nō vnā tm̄ creaturā cāſſet: ⁊ rurſus adhuc illius cāuſitatꝫ deus eſſet cā. ⁊ ſic vel oporteret ponere infinita media que de⁹ nō poſſet nō cāre ſi vnū lapidē cāret: qḋ abſurdū videt̄. vl' oporteret dicere ꝙ alicuius illoꝝ medioꝝ deus nō eſſet cā: ꝙ nō eſt minus abſurdū: vel ꝙ alicuius eſſet cā: ⁊ tn̄ inter illud ⁊ deū nō eſſet aliq̄ cāuſitas media: ⁊ eadē rōne nec in aliqs eſt ponendum hmōi mediū. Itē deus eſſet diſtinctus ab illo lapide ſine diſtinctione media. nā ſi talis media poneret̄. adhuc deus eſſet diſtinctus ab illa: ⁊ ſic vltra vt ſtatim deductū eſt. Et infra ꝯcludit̄ ſi illḋ mediū dicat̄ eſſe ens fictū ab aīa ſicut ſi ens reale: qm̄ nihil erit oīno nihil: ⁊ tūc nullū erit mediū: qḋ eſt ꝓpoſitum: vel erit aliquo mō ens: ⁊ tūc deus erit eius cā ⁊ diſtinct⁹ ab eo. ¶ Preterea in caſu poſito nō eſſet aliqḋ tale fictū ab aīa cū nec aliqua aīa eſſet. ¶ Tertio deficit opinio in ponēdo tale iudiciuꝫ obiectiuū: q: nulla neceſſitas apparet nec vtilitas eius: nō ꝓdeſt ad hoc vt quis intelligat cū illud nullā cāuſitatē hēat reſpectu intellectionis: nec ad hoc vt aliqḋ itelligat̄: cū ad hoc ſufficiat intellectio. Et ſi dicat̄ ꝙ reqrit̄ ad hoc vt res ipſa hēat eſſe intellectū. iſtud nihil eſt: qm̄ nō eſt aliud rem hēre eſſe intellectū q̄ ipſam eſſe intellectā. ad qḋ ſufficit ipſa intellectio ſine tali fictione eſſe obiectiui. De hoc non plus ad p̄ns: q: forſitan alſ prolixior erit ſermo de ipſo. ¶ Quarto eſto ꝙ poneret̄ tale iudiciuꝫ obiectiuū: nō pōt tn̄ dici ꝙ ipm̄ ſit formalr̄ relatio. Naꝫ ſequeret̄ ꝙ circa quecūqꝫ fieret ab aīa tale iudiciuꝫ illa eſſent taliter relatiua: vt ſi aīa iudicaret aliq̄s q̄litates indiſtinctas ⁊ tali iudicio actu correſpōderet iudiciū indiſtinctū obiectiue: ille forēt ſimiles: ⁊ ſi aliq̄s iudicaret diſſimiles ⁊ correſpōderet obiectiue iudiciū diſcrepās ⁊ diuerſum ille eſſent diſſimiles. Sed ꝯñs eſt falſuꝫ: qm̄ poſſibile eſt aīam iudicare q̄litates diſtinctas eē indiſtinctas: ⁊ nihilominus tali iudicio falſo correſpōderet obiectiue iudiciū idiſtinctū ⁊ poſſibile eſt eā erronee iudicare indiſtinctas q̄litates eſſe diſtinctas: ⁊ tunc correſpōderet iudiciū diſcrepans ⁊ diuerſum. nā tale eſſe obiectiuū: ita ꝯſeqtur iudiciū falſum aīe ſicut verū ſm̄ iſtos opinātes: vt pꝫ in pluribus dictis eoꝝ: ex quo ſeqtur ꝙ q̄litates diſſimiles vt albedo ⁊ nigredo erunt ſimiles: ⁊ ſimiles erūt diſſimiles: qḋ videt̄ abſurdum. ¶ Dicet̄ ꝙ nō q̄dlibet obiectiuū iudiciū indiſtinctū aliquarum qualitatū eſt ſimilitudo: ſed tm̄ illud qḋ ꝯſeqtur verū iudicium aīe qḋ eſt act⁹ aīe. ¶ Cōtra. aut iudiciū quo aīa iudicat aliquas q̄litates eſſe indiſtinctas eſſe actualiter ſeu actu ſimiles eſt verum: q: ipſa iudicādo facit inter illa vel in illis ſimilitudinem. ⁊ tunc ſtat ar^m. Uel q: illa in re ſunt ſimilia ⁊ intellectus iudicat ſicut eſt: ⁊ tūc ſeqtur ꝙ ſimilitudo non ſiat ab aīa ſed exiſtat in re ante iudiciū aīe. ⁊ habet̄ ꝓncipale ꝓpoſitū. ¶ Eodē mō poſſet argui ꝙ aliqs ꝓductus genitus ab alio eſſet pater illius a q̄ eſt genitus. nā quis poſſet ꝯcipere ꝓducere ſeu ꝓductionē mediā inter illos ⁊ ꝙ illa inciperet ab eo qui ſm̄ veritatē eſt ꝓductus ⁊ terminaret̄ ad reliquum: ⁊ ſic de ſimilibus poſſet argui. ¶ Scḋo ſequeret̄ ꝙ in vna albedine ſundarent̄ plurime ſimilitudines ad vnā aliā albedinē: qḋ videt̄ icōueniēs. ꝯñtia pꝫ. nā ſimul poſſent plurimi homies iudicare illas eſſe indiſtinctas ⁊ cuilibet eoꝝ iudicio correſponderet obiectiue iudiciū idiſtinctū earū: qm̄ nō eſt maior ratio ꝙ vni correſpōdeat obiectiue tale iudiciū q̄ alteri. ⁊ ideo vel cuilibet vel nulli. ¶ Forſan dicet̄ ꝙ ſolū ꝑmo iudicio correſpōdet: nō poſteriorib⁹: q: foret ſuꝑfluū. ¶ Cōtra. ꝑmo q: poſe eſt plures ſimul iudicare de illis. ¶ Secūdo q: qua rōne aliq̄ iudicia que ſunt act⁹ p̄nt eſſe de aliqbus ſine correſpōdentia iudicioꝝ obiectiuoꝝ: eadē rōne ⁊ q̄dlibet. ⁊ ſic nec ꝑmo iudicio dandū eſt tale iudiciū correſpōdēs obiectiue. ¶ Tertio. q: ꝯſtat ꝙ deus iudicat illas albedines eſſe ſimiles etiā qn̄ nullus itellect⁹ humanus illas ꝯſiderat: igit̄ tūc ſūt ſimiles. alſ eius iudiciū eſſet falſum. aut igit̄ correſpondet ſuo iudicio obiectiue aliud iudiciū: ⁊ tūc ſeqtur ꝙ nullo poſteriori iudicio hūano correſpōdebit aliud iudiciū obiectiuū: ⁊ per ꝯñs ſimilitudo illarū nō erit ab aīa ſed actualiter exiſtat abſqꝫ aliq̄ operatione aīe. Aut iudicio diuino nō correſpōdet aliqḋ obiectiuū iudiciū: ⁊ tūc ſeqtur cū deus iudicās illas eē ſimiles vere iudicet: ꝙ ſimilitudo tūc erit actualr̄ in re extra. ¶ Tertio cōtra idē ſequeret̄ ꝙ vnius albedinis ad aliā poſſet eſſe ſimilitudo abſqꝫ ꝙ ecōuerſo alterius ad ipſam eſſet ſimilitudo: qḋ eſt falſum ſm̄ oēs: ꝯñtia pꝫ: q: ſm̄ dicta iſtoꝝ illa apꝓhenſio obiectiua ſeu iudiciū. incipit ab vna albedine ⁊ terminat̄ ad aliam: ⁊ illā a qua incipit reſpicit pro fundamēto ⁊ reliq̄ pro termino ⁊ ecōuerſo. Aliud iudiciū incipit ab alia ⁊ terminat̄ ad alterā. ⁊ ſic ſunt duo iudicia obiectiua iter duas albedines: que vident̄ correſpōdere duob⁹ actib⁹ iudicatiuis. poſe aūt eſt ꝙ act⁹ iudicans albedinē. a. eſſe ſimilē albedini. b. ſit. nō exiſtēte actu iudicante albedinē. b. eſſe ſimilē albedini. a. ſi ſint actus diſtincti. ⁊ poſſibile erit vnū iudiciū obiectiuū eſſe alio nō exiſtente ſaltem per potentiā dei: hec tamē ratio forte nō eſt magni ponderis. ¶ Ad rōnes opi. arn. rñdeo ad ꝑmā. dico ꝙ per ſimilitudinē nō intelligo aliud q̄ ipm̄ ſimile: vel id quo ipm̄ eſt formaliter ſimile: nec etiā per indiuiſionē vel indiſtinctionē debet aliud intelligi q̄ id qḋ eſt indiſtinctū vel indiuiſum. vel id quo aliqḋ eſt indiuiſum vel indiſtinctū: ⁊ nullū tale eſt negatio: lꝫ iſti termini ſint negatiui. Et ſi querat̄ de qb⁹ verificant̄ iſti termini. qḋ forte iſti ſic arguētes intendunt querere cū querunt ſuper que fundetur illa negatio quā vocāt indiuiſionē. dico ꝙ de qualitatibus illis ſingularib⁹ que ⁊ ſi ſint diſtincte numero ſunt tn̄ indiſtincte ſpecie. Utraqꝫ. n. eſt alteri indiſtincta ſpecifice: nec opꝫ ſingere aliquid factū ab aīa ſuꝑ quo fundet̄ dicta negatio: qm̄ illḋ ſufficit ad hoc vt hābētia hmōi q̄litates ſint ſimilia. ¶ Ad rōnē que ſit pro ſcḋo mō relatiuoꝝ. ꝯcedo maiorē: ſi in ſua ꝓpria ſignificatione ſumat̄: ⁊ nego minorē. Dico eni ꝙ paternitas ſi ſumat̄ ꝓ aliqua entitate ſignificabili incōplexe: mō in ꝑcedentib⁹ expoſito: nō eſt aliud q̄ pater: qm̄ fundat̄ ꝓprie loquēdo ſuꝑ genuiſſe vel egiſſe aut aliquo alio: verūtn̄ q: ad hoc ꝙ aliqs ſit pr̄ vel paternitas neceſſe eſt ꝙ ipſe genuerit: ex hoc forte dictū eſt ab aliquibus doctoribus ꝙ paternitas fundat̄ ſuper genuiſſe. volentibus illud ꝑmū per hoc ſcḋꝫ ſignificare: q̄uis iꝓprie. Si aūt hoc nomē paternitas equaleat i ſignificādo. huic cōplexo. iſte genuit: ſicut aliqn̄ vtunt̄ hoc vocabulo auctores: vt pꝫ in ſuperius dictis: tūc ſignificatiue ſumendo nomē: dico ꝙ nō eſt: nec vnqꝫ fuit aliqḋ nec ſuꝑ aliquo ꝑſenti vel ꝑterito fundat̄. Sicut nec ſor. genuit eſt vl' fuit aliqḋ q̄uis ipſe vere genuit. ¶ Ad rōnem que ſit pro relationib⁹ tertiꝫ modi. Reſpōdeo etiā negādo minorē. ⁊ dico ꝙ nō oīs relatio depēdet a ſuo termīo: lꝫ alique dependeant: vt relationes creaturarū ad deū: ⁊ alioꝝ cāꝫoꝝ ad ſuas cās a qb⁹ ipſa cāta depēdēt in eſſe. ¶ Sed ꝯtra hoc arguit̄ ꝓbando ꝙ oīs relatio depēdet a termino. ꝑmo q: nō magꝭ dependet res in intelligi q̄ in eſſe cū itellect⁹ ꝑſcindat rem a multis depēdentijs que ipſam ꝯſequunt̄ in eſſendo. Unde ⁊ creaturam puta lapideꝫ pōt cōcipere abſqꝫ depēdentia ad deuꝫ: q̄uis in eſſendo lapis a tali dependentia abſolui nō poſſit. Sed intellectus nō pōt relationē ꝑſcindere a termino: cum relatiua ſint ſimul naturali intelligentia. ergo ⁊c̄.

¶ Unde cū intellectus iudicat duas albedines eſſe indiſtinctas ſeu ſimiles ſunt ſibi tria cōcepta. vꝫ. particularis albedo. ⁊ indiſtincta eius apꝓhenſio ſiue iudiciū qḋ obiectiue correſpondet actui apꝓhenſiuo qui eſt in intellectu ſubiectiue. ⁊ tertiū alia albedo. Similitudo aūt nihil aliud eſt q̄ illa indiſtincta apꝓhenſio obiectiua ſeu indiſtinctuꝫ iudiciū. Cum autē iudicat aliquas diſſimiles: tunc preter illas qualitates particulares correſpondet obiectiue actui intellectus: quoddā iudiciū diſcrepans ⁊ diuerſum ⁊ illud eſt diſſimilitudo.

Fol. 115. col. 1. poſt ꝑn^m lineē. 45.

¶ Tunc ad rōnē dico: ꝙ in ſecūdo ⁊ tertio ſenſu minor eſt falſa: vt pꝫ ex dictis. In ꝑmo aūt eſt falſa maior. Nā nullū ſm̄ ſe relatiuū pōt ſic intelligi nō intellecto termino: cū in cuiuſlibet diffinitione dicente quid nois ponat̄ terminus: ⁊ tn̄ ſm̄ ꝓhm̄ in eodē: nō oīa relatiua ſunt ſimul nā: ac per hoc vnū pōt eſſe duꝫ aliud non eſt: ſicut exēplificat de ſcibili ⁊ ſcia ⁊ ſenſibili ⁊ ſenſu. Qḋ etiā melius pꝫ de reꝑſentatiuo ⁊ reꝑſentabili. cōſtat eni ꝙ multoꝝ que nō exiſtēt habemus actualr̄ imagines ⁊ ſpēs reꝑſentantes. Idē pꝫ de creatiuo ⁊ creabili: ꝯſtat eni ꝙ creatiuum eſt: ⁊ nullū creabile eſt: q̄uis multa creata ſunt.

Fol. 115. col. 4. poſt ꝑn^m lineē. 47.

¶ Scḋo iſta ſolutio optime reducit̄ ꝯtra eos. Uolētes eni ꝓbare ꝙ ſimilitudo nō ſit res diſtincta a qualitate. Arguūt. q: ſi eēt tunc omnipotens poſſet abſqꝫ ꝯtradictione duas albedines cōſeruare annihilando rem ſimilitudinis. Sed hoc eſt falſum: q: dato ꝙ deus rem ſimilitudinis deleret: adhuc itellectus ꝯſiderans illas eque inuenit eas ſimiles ſicut ante. ḡ ⁊c̄. Ad hāc rōnē vtriſqꝫ dicet̄ ab aduerſario: qm̄ caſu poſito intellect⁹ eas nō inuenit ſimiles formalr̄ ⁊ actualr̄ ſicut ꝑus erant: ſed inuenit eas ſimiles fundamentaliter tm̄ ⁊ in potentia. Nec dubium eſt ꝙ ſi ſolutio valet pro eis ꝯtra alios, eque bene valet pro aliys cōtra eum.

Fol. 116. col. 1. ante med. lineē. 24.

cum.¶Quāuis etiā ꝙ alt intellectū inuenire eas ſimiles ſicut qñ etiā ꝯtra eos poſſit induci:q2 ſi inuenit eas ſimiles in actu ſicut oꝫ ipm̄ intelligere ſi velit arguere contra illos:igit̃ nō facit eas actu ſimiles.¶Preterea apud ipſos eſt īpoſſibile ꝙ ſint duo alba ſine ſimilitudine ſiue que nō ſint ſimilia:igit̃ ſimilitudo nō eſt tale qd factū ab aīa.pꝫ ꝯñtia:qm̄ ſine tali pñt vtriqꝫ eſſe duo alba:cū poſſint eſſe nō apprehenſa ab aīa.

Fol.116.col.1.circa finē lineꝫ.32. ¶Dico p̄° ꝙ ꝯcluſio quā nitit̃ ꝓbare eſt manifeſte ꝯtra ipꝫ.Nā in 3° lib.q.1.ex intētione ponit ꝙ vnio nāe humane ad verbum eſt verus reſpect⁹ realis extra aīam exiſtēs.Nō tñ per hoc cō tradicit ſibi qm̄ ipſe nō ponit pro ſua opione ꝙ nulla relatio ſit res extra aīam:ſed dicit ꝙ ſic dīcet ꝓbs ꝛ dicē poſſet qcūqꝫ ſoli nūlli rōni ꝛ nulli auctri vellet initi.Quāuis ꝛ ad hoc adducit rationes.Hoc tñ reputo falſum:ꝛ iō reſpōdeo ad rōnes.

Fol.116.col.1.circa finē lineꝫ.56. ¶Preterea ambe iſte rōnes eq̄liter ꝓcedunt ꝯtra ponentes ꝙ nomē relatiuū vel ꝯcept⁹ ſit relatio.ꝓma qdem:q2 q̄lilibet tale nomē pōt intelligi nō intellecto aliquo alio:ꝙ nō eſt intrinſeca pars eius nec ecōuerſo:ꝛ cōſtat ꝙ aliud nomen ſibi correlatiuū nō eſt ipm̄ nec ei⁹ pars nec ecōuerſo.v̄.g.h̄ noīa.pr̄ ꝛ filius.Si igit̃ nulla relatio pōt intelligi nō intellecta alia relatione oppoſita:igit̃ talia noīa vel ꝯcept⁹ nō ſūt relationes.¶Scd̄a quoqꝫ reducit̃ ꝯtra idē:q2 ꝯſtat ꝙ vnū taliū nominū pōt eſſe ſine alio.Si ergo vna relatio non pōt eſſe ſine alia correſpondente.igit̃ nullum nomen eſt relatio.

Fol.117.col.2.poſt ꝑn̄m lineꝫ.29. ¶Scd̄o Aug.de fide ad ꝑe.c.2.dicit ꝙ aliud eſt genuiſſe q̄ natum eſſe:aliudqꝫ ꝓcedere q̄ genuiſſe vel natū eſſe:ꝛ ꝯſtat ꝙ iſti infinitiui ſumunt̃ verbalr̄ ꝛ īplicando ſuppoſita:ꝛ per ꝯñs cōpiere:ac ſi diceret̃ aliud eſt aliquē genuiſſe q̄ natū eſſe ꝛc̄.Sed oē qd̄ eſt aliud ab alio eſt aliq̄ entitas ſm̄ ſe.nā purū nihil vel nō ens nō eſt aliud ab ente nec a nō ente.¶Ad ꝑmum dico ꝙ ſi ſubiectum minoris ſupponat ſignificatiue ipſa eſt falſa.Si v̄o ſupponat mālr̄ vel ſimplr̄ pro aliq̄ ꝓpōne quam nō ſignificat.v̄.g.pro iſta ſoꝛ.genuit pla.tūc eſt vera:ꝛ tūc ꝯcluſio eius ſub eodē mō ſumpta eſt etiā vera.Sed ſic nō eſt cōtra dicta ſuperius.¶Ad ſcd̄m dico ꝙ ſicut eſt aliud ita eſt aliqd.eſt aūt aliud complexe tm̄ ſignificabile:ꝛ ita etiā eſt aliqd ſignificabile cōplexe.nō aūt eſt aliqd.i.aliq̄ entitas ſm̄ ſe:ꝛ iſto mō etiam nō eſt aliud.i.alia entitas:nec hoc impedit Aug.ſicut nec cū.7.de tri.ca.4.dicit ꝙ aliud eſt deo eſſe aliud patrē eſſe vel dn̄m eſſe.Nā ꝯſtat ꝙ non eſt alia entitas dn̄m eſſe ꝛ alia deū eſſe.Et ſicut nullus recte ſapiens cū dicit̃ ꝙ aliud ſignificat̃ cū dr̄ ſoꝛ.eſt cecus:ꝛ aliud cum dicit̃ ſoꝛ.eſt videns intelligit ꝙ alia ꝛ alia entitas per hanc ꝛ ꝑ illā ſignificat̃ cū hoc penitus falſum ſit.Eſt ḡ ſenſus v̄bi allegati.Aliud eſt genuiſſe ꝛc̄.i.aliud ſignificat̃ cum dr̄ aliquē genuiſſe.vl̄ aliqs genuit q̄ cū dr̄ aliquē natū eſſe vel aliqs nat⁹ eſt.¶Et ꝙ nō oē ꝙ aliquo mō dr̄ aliqd ſit aliq̄ eēntia vel entitas ſm̄ ſe.Satis pꝫ per Anſel.de caſu diab.cap̄.11.Multa inqt dr̄r aliqd ſm̄ formā loquendi que nō ſunt aliqd:qm̄ ſic loqmur de illis ſicut de reb⁹ exiſtētibus ꝛc̄.Itē ꝓhs 5° phyſi.ait:ꝙ oīs mutatio eſt ex quodā in qd̄dam.vel ſm̄ lr̄am cōmēti de aliquo in aliqd.Et Grego.2°.mor.Mutari ex aliquo in aliud ire eſt:ꝛ per ꝯñs.oē ꝙ mutat̃ mutat̃ ex aliquo in aliud.Et tñ ꝯſtat ꝙ aliquid mutatur vel mutari poteſt ex eſſe in nō eſſe:ꝛ ecōuerſo:ꝛ per ꝯñs nō eſſe.iſto modo loquendi eſt aliquid ꝛ aliud.Et ideo Cōmētatoꝛ 5° phyſi.cōmē.7.ſuper verbis allegatis ꝓhi.d.ꝙ hoc nomē aliquid.dicit̃ ibi ſimpliciter de eſſe ꝛ non eſſe ꝛ affirmatione ꝛ negatione.i.de eo ꝙ ſignificatur per affirmationē ꝛ per negationem.¶Et ſicut hoc nomē aliquid dicitur de eo ꝙ nulla entitas vel eſſe eſt:ſic etiā inuenitur aliquādo dici hoc nomē res.Unde Cōmētatoꝛ p̄ celi cō.136.dicit ꝙ res aut eſt in actu aut in potentia:ꝛ que in actu:aut ens:aut non ens.Item cō.141.Nature inqt rerum dant eis aut vt ſint ſemper aut vt nō ſint ſemper:aut vt aliquādo ſint ꝛ aliquādo non ſint:cōſtat autē que ea que ſemper nō ſunt nō ſunt alique entitates vel eēntie:ꝛ tamē talia vocat res:ꝛ hoc iō eſt q2 vt ꝑtractum eſt per Anſel.qm̄ ſic loquimur de illis ſicut de reb⁹ exiſtētibus:ꝛ ſicut ſīaliter dicit Aug.in hyponoſticō.Rñſiōe ꝑma in fine cum ex cōſuetudine locutiōis humane:de eo ꝙ nihil penitus eſt dicimus nihil eſt:dicẽs:nihil:nomē totale nominamus:cum v̄o addimus:eſt.rē ſignificamus:omne enī ꝙ dicemus eſt:eſſe aliquid eſtimamus:ꝛ ideo ita de nihilo:quaſi aliquid ſit loquimur:dicēdo nihil eſt:cum tamen ipſum non ſit vere aliquid.i.entitas vel eēntia.Sicut ergo nō omne qd̄ dicitur aliquid eſt vere aliquid.i.aliq̄ entitas:ita non omne qd̄ dicit aliud eſt alia entitas.Q̄ etiam cōfirmatur per Aug.qui dicit in ii.de geñ.ad lr̄am.imperfectio ꝙ aliud eſt lux aliud tenebre:ꝛ tamen in precedentibus ꝛ ſequentibus ꝛ alijs locis plurimis contra Manicheos dicit:ꝙ tenebre nulla entitas ſunt.

Fol.117.col.2.poſt ꝑn̄m lineꝫ.46. ¶Item ſatis cito poſt ait Aug.Q̄ ſi homo nō eſſet cōtra ſub̄a non eſſet:qui relatiue dn̄s dicetur:ꝛ ſi non eſſet equus q̄dā ſubſtātia nō eſſet qd̄ iumentum relatiue dicetur.Ita ſi numus non eſſet aliqua ſub̄a:non arra poſſet relatiue dici:quapꝑ ſi ꝛ pater nō eſt aliquid ad ſeipſum:nō eſt oīno qui relatiue dicat̃ ad aliquid:vbi patet ꝙ vult ꝓbare patrem eſſe aliquid ad ſeipſum ꝛ non omne ꝙ ipſe eſt eē ad aliquid per talem ꝯñtiam.Si pater nō eſſet aliqua ſub̄a non relatiue dicetur ad aliquid:ſed ſi pr̄ nō eſſet aliqd ad ſeipm̄ nō eſſet aliqua ſub̄a:igit̃ ſi pater nō eēt aliquid ad ſeipm̄:nō relatiue dr̄ ad aliquid:ꝛ pro eodem accipit ſub̄am ꝛ eſſentiam:ſicut pꝫ in verbis eius p̄ ſupra allegatis quibus ſine medio iſta ſubnectūtur.ergo ex oppoſito ſi relatiue dicitur ad aliqd:dicit̃ ꝛ aliqd ad ſeipſum:ꝛ per ꝯñs non omne ꝙ ipſe dicit̃:dicit̃ ad aliqd relatiue:ꝛ ſic de quolibet ꝯtingit arguere.¶Et nota vlterius ꝙ ex miore hui⁹ hypo^ci ſylli.ſequitur ꝙ ſi aliqua entitas vel eēntia nō eſſet aliquid ad ſeipſā aliq̄ eēntia nō eſſet eſſentia:ſeu aliqua entitas nō eſſet entitas.Itē ex cōcluſione infert̃:ꝙ ſi aliqua entitas nō eſſet aliquid ad ſeipſā aliqua entitas relatiua:non relatiua dicretur ad aliquid ꝛ ambo h̄ includunt contradictionem.

Fol.118.col.2.poſt med.lineꝫ.38. ¶Aut eſt diſtinctus ab illa diſtinctiōe per ipſammet diſtinctionem:ꝛ hoc eſt īpoſſibile.Tū q2 tūc ipſa eſſet terminus ſuiipſi⁹:nam omne ad ꝙ quid refert̃ per aliquā relationē eſt terminus illius relationis:ſed per iſtam diſtōnē ſoꝛ.refert̃ ad ipſammet ſm̄ reſponſionem datam:nā dicit̃ ꝙ per ipſam diſtinguitur ab ipſa.ergo ꝛc̄.Et ſic eadem rōne poſſet dici ꝙ deus eſt relō creature ad deum.ꝛ pla.eſt diſtinctio ſoꝛ.ab eo.ꝛ ſic de alijs.Tū ſꝫ hoc ſequit̃ ꝙ ipſa diſtinctio ſoꝛ.a pla.que vocetur.a.ſit diſtincta a ſeipſa ꝛ ipſa non ſit ipſa ꝙ implicat cōtradictionē.declaratur ꝯñtia:nam per dicta pꝫ ꝙ ipm̄.a.diſtinguitur a ſoꝛ.ꝛ non alia diſtinctione ſuperaddita:ne ꝓcedatur in infinitū in diſtōnibus ſuper ſeinuicē fundatis:igit̃ ſeipſa:ꝛ per ꝯñs ipſa etiā refertur ꝑ ſeipſā:ꝛ ſi ſic:igitur ad oēꝫ tm̄ ſuū:ac ꝑ hoc ad ſeipſā:ꝛ ſic ipſa eſt diſtincta a ſeipſa.¶Preterea.Ipm̄.a.nō ſolū diſtinguit̃ a ſuo fundamēto ꝙ eſt ſoꝛ.ſed ēt a ſuo termio q ē pla.ꝛ a correſpōdente relatione que eſt diſtictio pla.a ſoꝛ.ꝛ a quolibet ꝑdictoꝝ diſtinguit̃ nō alia diſtinctione media:ſed ſeipſa ne ſit ꝓceſſus in infinitū vt dcm̄ eſt:ꝛ aduerſarij etiā hoc ꝯcedūt:igit̃ ipm̄.a.eque eſſentialr̄ ꝛ per ſe reſpicit q̄libet ꝑdictoꝝ tanquā ſuū terminū ꝛ per ꝯñs oē ꝙ per ipm̄.a.formalr̄ refert̃ ad vnū illoꝝ refert̃ ad q̄libꝫ ipſoꝝ:cū nō ſit potioꝛ rō de vno q̄ de alio vt ſupra de idētitate dicebat̃:ꝛ pōt exēplo oſtēdi vtrūqꝫ.Si.n.aliq̄ forma.v̄.g.caloꝛ ſit rō ꝓducēdi actu plures caloꝛes ī diuerſis ſub̄tijs oē ꝙ per illā ꝓducit aliq̄ illoꝝ:ꝓducit q̄libet:ꝛ ſi illa nō ſit actu rō ꝓducēdi.i.qua actu caloꝛ ꝓducat̃:ſꝫ potētialiter tm̄.i.q̄ pōt ꝓduci ēt oē ꝙ ꝑ illā ē ꝓductiuū vni⁹ca⁹ oꝛij eſt ꝓductiuū cuiuſlibet ipſoꝝ.vn̄ ēt h̄ ē rō ſm̄ multos doctores ꝑꝑ quā inſeparabilia ſunt opera trinitatis ad extra:q2 in trib⁹ ꝑſonis eſt vna ꝛ eadē virt⁹ actiua:ꝛ iō cuiuſcūqꝫ per illā vna ꝑſona eſt actiua ꝛ q̄libet.Sic ſuo mō in ꝓpoſito:ſi.a.ē rō referēdi ad plures terminos per ſe dē ꝙ refert̃ per relationē.a.ad vnū per ſe terminū eius refert̃ ad q̄lꝫ.Sed ſoꝛ.per eā refert̃ ad pla.igit̃ ꝛ ad ſeipm̄ q eſt etiā terminus ipſius.a.ꝛ per ꝯñs ſoꝛ.diſtinguit̃ a ſeipſo per ipm̄.a.ꝙ implicat ꝯtradictionē.

Fol.118.col.3.poſt med.lineꝫ.46. ¶Scd̄o ad idē.Sumo duo alba quoꝝ vnū ſit per totū vniformiter ꝛ eque itēſe albū:ꝛ ſit illud.a.aliud aūt ſit diffoꝛme remiſſius.vꝫ.albū in vna pte q̄ in alia:ꝛ ſit.b.cōſtat ꝙ.a.eſt ſimile.b.ꝛ cuilibet pti ei⁹ cū q̄libet ſit alba.Quero igr̄ aut vnica ſimilitudine.a.eſt ſimile cuilibet pti.b.aut vni pti vna ſimilitudine ꝛ alteri per aliā ſimilitudinē nō pōt dici 2^m ꝑ iſtos:q2 cū ſint īfinite ptes in.b.tūc ī.a.ꝛ in q̄lꝫ ei⁹ pte eēnt īfinitū ſimilitudines reſpectu.b.ꝛ fortius ꝓcederet ar^m ſi.b.eēt diffoꝛme ꝑ totū ſicꝫ ē poſſe ꝛ ſic eſt de facto de corpe illuminato ab aliq̄ agēte.nā ſm̄ maloꝛē ꝓpinquitatē ad agēs ipm̄ eſt luminoſius:vel de duob⁹ luminoſis vno vniformi ꝑ totū ꝛ altero diffoꝛmi per totū ſiat ar^m.Et ꝑma ſi ſint infinite ſimilitudines.ſumat̃ vna eaꝝ q̄ ſit.b.igr̄ ꝑ.b.eſt a ſimile alicui pti.b.q̄lꝫ aūt pa.b.eſt extēſa ꝛ diuiſibilis:ꝛ per ꝯñs ſm̄ caſum eſt diffoꝛmis ꝛ minus alba vel luminata in vna ei⁹ parte ꝛ in alia magis:igit̃ per.b.que eſt vnica ſimilitudo.a.eſt ſimile alicui diffoꝛmi cuilꝫ ei⁹ pti:ꝛ eadē rōne pōt ꝛ dꝫ poni ꝙ totū.a.ſit ſimile per vnicā ſimilitudinē toti.b.ꝛ cuilꝫ eius pti nō ob^ꝫ ꝙ.b.ſit diffoꝛmiter tale ꝑ totū qd̄ eſt alia pa diſiūctiue.Sed ſi ſic ſit illa ſimilitudo.c.Aut.c.eſt indiuiſibilis extēſiue aut diuiſibilis ꝛ extēſa per totū.a.nō ꝑmū:q2 tūc eius ſubm̄ oporteret eſſe indiuiſibile ꝛ per ꝯñs pūctū:ſed nō eſt rō q̄re poti⁹ vnū pūctū q̄ aliud niſi dicat̃ ꝙ ſit tota in quolibet ſic de aīa intellectiua dicimus:qd̄ vr̄ incōueniēs nec ab aliquo ponitur de ipſa relatione aut alia forma preter intellectiuam.Si v̄o ſit exten-

ſa per totum.a.aut quelibet pars quãtitatiua ipſi⁹.c.eſt eque
inteſa ad quelibet alia aut vna plus q̃ alia.nõ põt dici 2ᵐ quia
nõ poſſet ſibi aſſignari determinatũ ſubiectũ:cuʒ totũ.a.ſit vni-
forme:ꝛ per ꝯñs nõ eſt rõ q̃re in vna eius pte ſit itẽſior ps q̃
in alia:eſt igiꝉ q̃libet poſt q̃titatiua ipſius.c.eque intẽſa cũ alia
q̃libet eius.Et ſi ſic ſeqtur vlterius ꝙ ip̃m.a.ꝛ q̃libet ps eius ſit
eque ſile vni pti.b.ꝛ alteri ꝛ nõ plus vni q̃ alteri:q꞉ ſm opinio-
nẽ ſicut nihil eſt albꝰ niſi per intẽſiorẽ albedinẽ ſic nihil eſt ſiliꝰ
niſi p intẽſiorẽ ſilitudinẽ.Sed ꝯñs eſt ĩpoſe cuʒ vna ps albedis
b.magis diſtet a gradu albedinis.a.ꝛ alia minus. ¶ Preterea.
Supponaꝉ ꝙ medietas.b.ſit eque itẽſe alba cũ.a.ꝛ alia medie-
tas.b.ſit minus:deinde intẽdaꝉ ps minus alba ꝯſtat ꝙ ſiet ma
gis ſilis ipſi.a.ꝛ cuilʒ parti eiꝰ:ꝛ per ꝯñs itẽdeꝉ.c.ꝛ nõ potiꝰ ſm
vnam eius ptẽ q̃ ſm aliã cuʒ ſit vniforme p totũ:ꝛ cũ p.c.ſit.a.
ſile cuilibet pti.b.vt eſt ꝓbatũ.ſequiꝉ ꝙ.a.ſiet magis.ſile ipſi p-
ti.b.eque intẽſe albe ipſi.a.q̃ erat p̃us:ꝛ tñ neutrũ eſt ſcꝫ ma-
gis aut minus albũ q̃ erat p̃us qꝺ eſt ĩpoſe.Rurſus ſi ponaꝉ ꝙ
pars.b.eque alba remittaꝉ.ſeqꝉ ꝙ remittaꝉ ſilitudo ipſiꝰ.a.q꞉
minꝰ erit.a.ſile illi ꝛ ſic.c.ſimul remitteꝉ ꝛ intendeꝉ in ſeip̃a qꝺ
eſt impoſſibile ſm viam illam loquendo.

Fol.119.col.4.poſt p̃mᵐ lineę.4. ¶ Uñ nõ dico iſtũ ꝓceſſum infinitum vnionum aut diſtinctionũ
de quo in p̃cedẽti rõne agebaꝉ eſſe ĩpoſeʒ ex h.ꝙ ſit ĩpoſſibilis
actualis iſinitas rerũ:cũ hoc nõ ſit ſimplr verũ:q̃uis p aduerſa
rios vel plures coꝝ iſtud ĩpoſe reputeꝉ:ac p hoc rõ eẽt efficax
cõtra eos.Sʒ iſinitas taliũ rerũ q.ſ.ſint eẽntialr ꝛ cãliter ordi-
nate ad vnũ demõſtratũ eſt penitus ĩpoſe:nã implicat ꝯdictio
nem vt patuit nunc de vnionibꝰ:ꝛ ſimili mõ de diſtinctionibus
pʒ ꝯſideranti.Quãuis ẽt poſſet dici ꝙ lʒ ſit poſſibilis actualis i-
finitas rerũ:nõ tñ poniꝉ de facto aliq̃ talis iſinitas rerũ non ſa-
cientiũ p ſe vnũ ꝛ diſtinctarũ ſpecifice:q tñ duo ꝯcurrerent in
vtraq; infinitate p̃dicta:nã nec ille infinite vniones inter ſe nec
infinite diſtinctiones inter ſe ꝯſtituũt aliqꝺ p ſe vnũ.Jteʒ vnio
materie ad formã ſubſtãtialẽ erit alteriꝰ rõnis ab vnione mate
rie ad illã vnioneʒ qua vnitur forme ſubali ſiẽ ꝛ ipſi termini.Et
eodẽ mõ tertia vnio erit alterius rõnis a p̃ª ꝛ a 2ª ꝛ ſic de quali
bet:ꝛ eodẽ mõ de diſtinctionibꝰ.Quãuis igiꝉ forſitan quis dice
ret nõ eẽ ĩpoſſibile ꝙ ſit talis infinita multitudo rerũ:glʒ tñ di-
ceret q̃tũ appet ex ſcriptis eiꝰ hoc eſſe falſum:ꝛ ſic rõ deducit
ad falſũ ꝛ ſi nõ ad ĩpoſe:ꝙ etiã ſufficit in ꝓpoſito:nihilominus
tñ in ꝓpoſito ẽt ad ĩpoſſibile ducit ſiẽ pʒ p id qꝺ tactũ eſt p̃mo.
¶ Scꝺo ſpãlr de vnione ptiũ ꝯtinuiarꝰ.q꞉ ſi vna ps ꝯtinui vni
reꝉ alteri vnione media ſeqtur ꝙ alicuiꝰ rei ꝑmanẽtis eẽt dare
vltimũ inſtãs ſui eẽ poſt ꝙ nihil eius eẽt:ꝙ eſt ĩpoſe vt in.17.d.
ꝓbatũ ẽ.ꝯña declaraꝉ.ſumaꝉ loco exẽpli vna aqua ꝯtinua q to
ta quieſcat localr per aliqꝺ tp̃s:deide ponaꝉ ꝙ vna medietas
eius p aliqꝺ agẽs ſegregeꝉ ab alia p motũ localeʒ ꝯtinuũ:ꝯſtat
ꝙ vnio qua ipſa vniꝉ alteri parti erit p totũ tp̃s gẽtis:ac etiaʒ
in vltimo inſtãti tp̃is mẽſurãtis quietẽ:ſiẽ ꝛ toto lꝰ tp̃e ac ẽt in
illo inſtanti finali ipſa pars erit vnita reliquе.Sʒ poſt illud in-
ſtans nõ erit illa vnio ſicut nec illa pars erit vnita:naʒ in quolʒ
inſtãti ſequẽte illud ipſa erit diſtãs.Nec etiam aliqua ps illius
vnionis erit poſt illud inſtans:q꞉ ſi erit:igitur in aliq̃ vel q̃libet
parte illius medietatis mote erit pars vnionis:ꝛ per ꝯñs aliq̃
vnio cũ quelibet ps vnionis ſit vnio ſm ſic opinãtes:ꝛ ſi in ali-
qua:erit igiꝉ ꝛ in qualibet:q꞉ ps caſum tota medietas ſil ſegre-
gatur ꝛ nõ vna ps eius añ aliã:pp ꝙ nõ plus in vna q̃ in alia re
manebit pars aliq̃ vnionis:ꝛ ſic ſequiꝉ ꝙ poſtq̃ erit mota ꝛ ſe-
gregata ab alia adhuc erit vnita ei:ꝛ ſic ſil erit vnita ꝛ diſtans
ab ea:ꝙ eſt impoſſibile.Uel in illa erit vnio ꝛ non erit vnita ꝙ
nõ minus eſt ĩpoſe.Et p eãdẽ rõnẽ idẽ ꝯñs ſeqꝉ de vnione me-
dietatis quieſcentis ad medietatem que mouetur:naʒ vtriuſq;
erit idem inſtans omni inſtantium eſſe.

Fol.119.col.3.poſt med. lineę.17. ¶ Ultimo idem probo de relatiuis.3.modi iter que eſt viſio ꝛ in
tellectio.Si eñi omnis viſio eſſet viſio per aliquã entitatẽ ihe-
rentem ſequereꝉ ꝙ aliqua entitas duraret per inſtãs tñ ꝙ eſt
ĩpoſe vt pʒ.17.di.ꝯña ꝓbaꝉ:q꞉ poſſibile eſt vt ꝓbatũ eſt.diſ.3.
ꝙ aliqua q̃litas ſit viſio tñ per inſtans.Jdeʒ ſeqtur de intelle-
ctione illa qua tũc ſimul intuitiue cognoſcereꝉ illud viſibile.

Fo.120.col.2.poſt p̃mᵐ lineę.40. ¶ Jtem lib.12.cõmẽ.19.dicit ꝛ ꝙ dʒ homo dubitare vtrũ elemẽ
ta ſubſtãtie ſunt elemẽta relationis ꝛ alioꝝ aut nõ.Sed eſt in-
cõueniẽs vt ſint eadẽ.Tunc eñi ſubſtãtia ꝛ relatio erũt ſub eo-
dem gñe.h attende ꝙ dicit elementa relationis ꝛ ſubẽ nõ eſſe
eadẽ:ex quo ſeqtur nec relatio ꝛ ſubſtãtia.Jtem deducit velut
ad incõueniens ꝙ tunc ſubſtãtia ꝛ relatio erunt ſub eodẽ gene-
re:qꝺ tñ ſequereꝉ ſi aliqua relatio eſſet ſubſtãtia.Deinde poſt
verba p̃miſſa imediate adiũgit.Et dixit ꝓpt̃ relationẽ:q꞉ eſt
debilioris eſſe alijs p̃dicamẽtis:ita ꝙ qdã reputauerunt ipſum
eſſe ex ſecũdis itellectis.Sed abſolutũ nõ eſt debilis entitatis:

quare ꝛc̃.Plures alie auctoritates tam Auicẽ.q̃ ſimplicij poſ-
ſent adduci:ſed nõ eſt multum curandum de illis.

¶ Ad rem aũt magis:ꝛ ad intẽtionẽ doctoꝝ antiquoꝝ dicentiũ Fol.121.col.2.poſt p̃mᵐ lineę.14.
ꝙ relatio nõ diſtinguiꝉ a fundamento:ꝛ ꝙ relatio ꝛ fundamen
tum ſunt idem.Dico ꝙ hmõi verba nõ ſunt accipiẽda.ſ.ſm ꝓ-
priã ſermonis ſignificantiã:qm̃ ſic falſa ſunt:nec eos taliter in-
tellexiſſe aliquis beniuolus auditor vel lector putaret:q꞉ ſtatiʒ
apparet ꝙ implicat ꝯtradictionẽ quã latuiſſe tantos doctores
nullus ſapiens cogitaret.Sed in proprie loquebantur.vtentes
actu exercito pro ſignificato:ꝛ vere tamen in ſenſu quem ha-
bebant.Unde ad ar.

¶ Et maxime ſm dicta doctoris cuius eſt hec argumentum hʒ Fol.121.col.3.circa fineʒ lineę.44.
inſtantiam Nam ſicut ipſe cõcedit ꝛ verũ eſt.aliqs nõ habens
ſpiritũſanctũ ſm ſe:põt illũ habere nulla entitate cauſata vel
diſtincta in eo vel ſpiritũſancto:aut alio aliquo:ꝛ cõſtat ꝙ hoc
non eſt ꝓpter trãſitũ tẽporis quãuis nõ poſſit habere:ꝛ nõ ha
bere ſpiritũſanctũ niſi in alio ꝛ alio tempore:nõ plus q̃ ꝓpter
trãſitũ tẽporis natura poſſit eſſe p̃us vnita ꝛ poſtea nõ vnita
vel ecõuerſo:que tamẽ nõ põt ſimul eſſe vnita ꝛ non vnita:ſed
in alio tñ ꝛ alio tẽpore.Similiter ſor.habens ſpiritũſanctum
nõ plus q̃ pla.põt habere ſpiritũſanctuʒ plus q̃ plato:nulla re
nouiter deſtructa vel ꝓducta:ꝛ per ꝯſequẽs cõtradictoria poſ
ſunt ſucceſſiue verificari ſine productione vel deſtructe rei ex
qua. ¶ Et ſi dicaꝉ ꝙ iſte doctor dicit illa ꝯtradictoria verifica-
ri ꝓpter lapſum tẽporis.Dico ꝙ verum eſt ꝙ ipſe ſic dicit:ſed
cõſtaꝉ iſtud nõ eſt verũ per dicta.Aut ſi verũ ſit:nõ minus erit
verum in ꝓpoſito:ꝛ per ꝯſequẽs minor rõnis eius erit falſa.ꝛ
nõ ꝓbabiꝉ ſufficiẽter cõſequẽs:qꝺ eſt ꝓpoſitum. ¶ Preterea.
Habet inſtantiã:q꞉ q̃uis vt dicit ĩpoſſibile ſit ꝙ deus p̃mo nõ
ſit creans ꝛ poſtea creans:niſi aliqua creatura poſt nõ eſſe ha-
beat eſſe:nec etiã ſit poſſibile ꝙ p̃mo nõ ſit annihilãs ꝛ poſt ſit
annihilans:niſi creatura poſt eſſet habeat nõ eſſe:eſt tamẽ poſ
ſibile ſm eundem:ꝙ primo ſit creans ꝛ poſtea non ſit creans:
abſq; ꝙ aliqua creatura deſinat eſſe vel accipiat eſſe.Nam ſi
deus in inſtanti.a.creet vnuʒ anᵐ ꝛ poſtea nihil creat:deus in
inſtanti.a.eſt creans:ſit.a.inſtans p̃ſens:ꝛ poſt.a.nõ eſt creans
ꝛ tamẽ nulla res ꝓducaꝉ:ꝯſtat:nec etiã aliqua deſtruiꝉ cũ crea
tio nõ ſit aliqua res alia a deo ꝛ creatura ſm eum ꝛ ſm verita-
tem etiam:q꞉ tunc talis res haberet eſſe tñ per inſtans qꝺ eſt
ĩpoſſibile vt eſt ſupra ꝓbatũ diſt in.17.nec apparet que alia res
deſtruaꝉ ad hoc ꝙ deus nõ ſit creans. ¶ Preterea.Eſto ꝙ nul
la alia dari poſſet inſtantia:adhuc ipſa maior neganda eſſet ꝓ-
pter ea de quibus agitur in propoſito:nam ꝓbatuʒ eſt ꝙ vnio
materie ad formam:nõ eſt aliqua entitas a materia diſtincta:
ꝛ eadem ratio eſt de vnione eius ad formaʒ accidentalẽ ꝛ ſub-
ſtantialem.Similiter probatum eſt:ꝙ vnio partium continui
nõ eſt aliqua talis entitas alia:ꝛ ex quolibet iſtoꝝ põt formari
inſtantia ad illam maiorem.

¶ Ad illam.12.meta.Dico ꝙ nõ eſt putandum relationem habe Fo.122.col.2.poſt fineʒ lineę.4.
re aliqua intrinſeca p̃ncipia quoꝝ vnũ ſit eius materia ꝛ aliud
forma ex quibus eſſentialiter cõponaꝉ:hoc enim nõ eſt verum
niſi de ſubſtãtia cõpoſita:ꝛ de relatione que eſt ſubſtãtia cõpo
ſita:nec talia p̃ncipia habent ſubſtãtia ꝛ qualitas:vt in di.3.q.
3.ꝓbatũ eſt:nec hoc intendit Phs:ſed p̃ncipia cõmunia omni-
bus p̃ſentis de quibꝰ loqtur ſunt potẽtia ꝛ actus vt ibi dicit Cõ
mentator loquẽs in hoc ꝓpoſito cõmẽ.26.ꝛ ſumunꝉ potẽtia ꝛ
actus ꝓut aliqꝺ diciꝉ eſſe aliqꝺ in actu:aut diciꝉ eſſe illud in po
tẽtia tñ:ꝛ de iſtis loqtur Cõmẽ.ꝑ de aia cõmẽ.6.ꝙ ꝯueniũt oi-
bus entibus ꝛ ſunt oĩe valde oppoſite:ꝙ dicit q꞉ h loqtur de
eſſe in potẽtia ſm ꝙ cõnotat negationẽ eiꝰ qꝺ eſt eſſe in actu:
ſicut etiã ſumiꝉ.9.meta.hoc aũt mõ reperiunꝉ in quolibet p̃di-
camẽto:qm̃ q̃libet p̃dicamẽtũ p̃dicaꝉ aliq̃ñ de aliquo in potẽ
tia.i.per ꝓpõnẽ de poſſibili.aliq̃ñ in actu.i.per ꝓpõnẽ de in eẽ.
Unde ꝙ ad p̃dicamẽtũ relationis:pʒ:qm̃ aliqꝺ eſt pr̃ in poten-
tia:ſiue põt eẽ pr̃:ꝛ aliqꝺ eſt actu pr̃.ꝛ idẽ p̃us eſt pr̃ in potẽtia:
ꝛ poſt eſt pr̃ actu.Sicut aliqꝺ primo põt eſſe homo ꝛ poſtea eſt
homo:ꝛ ſic põt reperiri in quolibet p̃dicamẽto.diſr aũt diuer-
ſoꝝ p̃dicamẽtoꝝ eẽ diuerſa talia p̃ncipia:q꞉ aliud eſt poſſe eſſe
hoiem aliud poſſe eẽ pr̃em.nã aliqs q eſt actu homo:nõ põt eẽ
homo ſicut in ꝓpoſito ſumiꝉ poſſe:ꝛ tñ põt eẽ pr̃:ꝛ ſilr aliud eſt
eſſe hoiem:aliud eſſe pr̃em.Cuʒ aliqs ſit homo q nõ eſt pr̃:ꝛ ſic
debẽt itelligi p̃ncipia p̃dicamẽtoꝝ.Unde Cõmẽ.cõmẽ.26.hoc
inqt.ſ.actꝰ ꝛ potẽtia ſunt p̃ncipia oium:q꞉ q̃libet aliq̃ñ eſt in
potẽtia:aliq̃ñ in actu:oiuʒ ſubaudi que hñt p̃ncipia:ꝛ in q̃libet
p̃dicamẽto talia reperiunꝉ:lʒ nõ qꝺlʒ qꝺ eſt i p̃dicamẽto talia
p̃nª hẽat:ſiẽ nõ qꝺlʒ q̃cq; eſt in poᵃ.Uñ nunq̃ deᵘ eſt in poᵃ ſbẽt
q tñ eſt in p̃dicamẽto ſubẽ ſm Cõmẽ.ꝛ ſm ꝙ ꝓbatũ eſt.d.a.Ex
his aũt pʒ ꝙ nõ ꝯcludiꝉ aliq̃ mõ de relatione ꝙ ſit talis entitas
ab omni

ab oī abſoluta entitate diſtīcta. ¶ Cū vlteri⁹ dī ꝙ Cōmē. hꝫ ꝑ incōuenienti ꝙ ſubſtātia ⁊ relatio ſint ſub eodē gñe. dōm ꝙ incōueniēs eſt ꝙ ſint ſub eodē gñe per ſe ita ꝙ illud de eis ꝑdicetur in qd. nō aūt eſt incōueniēs ꝙ idē genus ꝑdicet̃ de ſubſtantia ⁊ relatione nō in qd. Primū aūt nō ſeqtur dīrez relationē ⁊ ſubām eſſe vnā rē. Sed bene dicētē: ꝙ ꝑncipia ſube ⁊ relationis mō ꝑmiſſo ſunt eadē: qm̄ ſi idē eſſet poſſe eſſe pātrē: ꝙ poſſe eſſe hoiem ⁊ ecōuerſo. ⁊ idē eſſet eē hoiem ꝙ eſſe patrē ⁊ ecōuerſo: ⁊ tūc qcqd de vno diceret̃ in qd: ēt diceret̃ ī qd de reliquo. ¶ Cū vltimo dī ꝙ relatio eſt debilioris eē ⁊c. Hoc dīc Cōmē. nō q̄ ſit aliq̄ relatio ſortiſſimi ⁊ potētiſſimi eſſe: cū aliq̄ relatio ſit de⁹: ſed q2 eſſe ad aliqd nō eſt aliqd eſſe: ſm ſe: q̄uis eſſe qđ eſt ad aliqd ſit ſm ſe aliqd: vt ſupra dicebat̃: ⁊ tñ eſſe hoiē vel albedinem: aut aliqd ꝙ abſolute dicat̃ eſt eſſe aliqd ſm ſe. Nec iſtud arguit diuerſitatē entitatis abſolute ab entitate relatiōis vel ecōuerſo. nā vt dicit Augu. 7. de tri. ca. 4. aliud eſt deo eſſe aliud pātrē eſſe: ⁊ tñ nec pr̄ nec paternitas eſt alia entitas a deo vel diuinitate. ¶ Ad ꝑmā rōne factā in ꝑncipio. q. nego añs. Ad cui⁹ ꝓbationē ꝑmō dico: ꝙ ꝓprie loquēdo relatio non attingit extrema nec diſtātia nec ꝓpinqua: īpropꝛie tñ q̄ſi pōt dici attingere extrema: q2 de vno dicit̃ cū ꝯtractione alterius: ⁊ hoc ſumendo relationē pro termino relatiuo. Si vō ſumat̃ relatio ꝓ re ſignata per terminū vel nomē relatiuū: pro tāto pōt dici attingere: q2 ad hoc ꝙ vna res ſit relatio. v. g. ſimilitudo exigitur q̄dā alia res. Nō aūt eſt imaginādū ꝙ relatio ſit aliqd ꝓtenſiuū inter extrema diſtātia ⁊ attingens ⁊ oīs imaginatio talis attingentie fictio eſt. ¶ Ad ſcōm etiā dico ꝙ ꝓprie loquēdo. relatio nō hꝫ talē effectū formalē. Si tñ effectū formalē relationis īpropꝛie loquēdo: accipiamus pro denominari per relationē: vt effectus formalis ſimilitudinis dicat̃ denoīari per ſimilitudinem vel eſſe ſimile. dico ꝙ nā facit aliqd ſimile: ⁊ aliqd equale. Et ſic de multis relatiuis: nec ꝓpter hoc opꝫ vnā rem ad aliam ferri vel portari. Sicut imaginat̃ ar͡m. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ pro tāto Cōmē. dicit ꝙ relatio eſt vna diſpō exiſtēs inter duo: nō q2 ſit vnū ligamētū vel īteruallū mediū inter illa duo que referuntur vt iſti dīt: ſed q2 ad hoc ꝙ aliqđ referat̃ vel relatio: qddam aliud exigit̃: ſicut ad hoc ꝙ q̄s ſit pr̄ reqrit̃ filius: ⁊ vt q̄s ſit dñs reqrit̃ ſeruus: ⁊ ſic duo ad relationē vnā quodāmō exigunt̃: ꝙ tñ forſan nō eſt neceſſariū in q̄libet relatiōe: nec id ponere opꝫ ꝓpter ītētionē Cōmē. ibidē. ¶ Ad 4͡m dōm ꝙ falſe ꝑhs allegat̃: nō enī ait ꝑhs acqrit̃ vel aduenit. Sed ꝯtingit verū eſſe. vel verificari: vt ſupra allegatū eſt: cuius verba habēt veritatē eſto ꝙ relatio nō ſit aliqd diſtinctū ab abſolutis: imo aliter verificari eius verba nō pñt vt ſupra mōſtratū eſt. ¶ Ad q̄ntam ꝓbationē dōm ꝙ ꝑhs ⁊ Cōmē. idē ſētit totaliter. Ad oppoſitū: pꝫ ꝙ q2 excludēdo a ſua ꝯſideratione ens per accidēs ⁊ ens in aīa: dīt ſe velle perſcrutari de vero ente qđ eſt extra aīam. Et reb⁹ aūt īngt ꝑhs ſm illā trāſlationē que ſunt in rei veritate eſt illud qđ ſignat aut q̄d: aut q̄le: aut q̄tū: aut ꝙ copulat̃ cum alio: vbi dicit Cōmē. ꝙ per iſtud: aut ꝙ copulat̃ cū alio: intelligit cetera ꝑdicamēta. Et his pꝫ ꝙ ītētio vtriuſq; eſt ꝙ qđlibet ꝑdicamētū ſignificet aliq̄s veras res extra aīam exiſtentes. Et q2 aliq eſtimauerunt oppoſitū diſ. 7. vltimis ꝑdicamētis vt ibi dicit Cōmē. ideo ad hāc eſtimationē excludēdā ſpālē de illis. 7. fecit mētionē ſimul cū alijs: dicens ꝙ etiā illa ſignant ex rebus que ſunt in rei veritate extra aīam. ¶ Preterea. Hec ꝓbatio expſſe ꝯtradicit argumē. vult enī ipſe ꝙ actio ⁊ paſſio ſunt vere res extra aīam: ⁊ tñ actio ⁊ paſſio ſunt duo de illis. 7. ꝑdicamentis: de q̄bus tñ oībus: dicit Cōmē. ꝙ eſtimantur ꝙ niſi aīa eſſet nō eſſent. Rñ⁹ igit̃ pro eo ⁊ pro me dico ꝙ non a ꝑhō nec a Cōmē. talia eſtimant̃ non eſſe niſi aīa eſſet: ſed a q̄buſdā alijs falſe opinantib⁹ ſicut ⁊ q̄dā etiā falſe putauerūt relationes eſſe de ſecūdis intellectis vt Cōmē. dicit in. 12. quoꝝ oīum eſtimationē in parte allegata ꝑhs ⁊ Cōmē. excludunt. ¶ Ad tertiā ꝓbationē pꝫ ex dictis ſtatim ſupra vbi dictū eſt ꝓpter q̄d Cōmē. dicit relationē eſſe debilioris eſſe ceteris ꝑdicamētis. ¶ Argumentū ſcōm ad ꝑmā partē. q. ꝯtra ſue ꝯcluſionis ꝯcedo.

Fo. 122. col. 3. poſt ꝑn͡m lınee. 32.

¶ Preterea. ꝑhs in ꝑdicamētis dicit ꝙ quedā relatiua ſunt ſimul nā vt dñs ⁊ ſeruus: q̄dā aūt nō: ſed vnū eſt ꝑus alio vt ſenſibile ⁊ ſenſus. Nūc quero q̄re ſenſibile dī ꝑus nā q̄ ſenſus. Aut enim q2 ſenſibile pōt eſſe nō exiſtēte ſenſu. Aut q2 ſenſibile pōt eſſe ſenſibile nullo ſenſu exiſtēte. Aut q2 inter ſenſibile ⁊ ſenſuꝫ nō ꝯuertit̃ ꝯñtia ſubſiſtēdi ſiue ſm eſſe exiſtētie. Primū nō pōt dici: q2 tunc dñs ⁊ ſeruus nō eēnt ſimul nā: naꝫ ꝯſtat ꝙ dñs pōt eſſe nō exiſtēte ſeruo. Unde ad mortē ſerui nō neceſſario ſeqt̃ mors dñi: ⁊ deus q eſt oīum: dñs pōt eſſe nullo ei⁹ ſeruo exiſtēte. Si vō intelligat ꝑhs 2⁹ mō tunc ar͡m. Si ſenſibile pōt realr̃ eſſe ſenſibile nullo ſenſu exiſtēte: igit̃ aliqđ pōt realr̃ referri ad nō ens: pꝫ ꝯñtia: q2 ſenſibile refert̃ ad ſenſum. Si vō intelligat̃ 3⁹ mō. adhuc ſeqtur ꝓpoſitū: q2 ſeqtur ſenſus eſt igit̃ ſenſibile eſt: ⁊ nō ecōuerſo ſeqtur: ſenſibile ē: igit̃ ſenſus eſt: igit̃ h̃ copulatiua eſt poſſibilis: ſenſibile eſt ⁊ nullus ſenſus eſt: ⁊ vltra igit̃ aliqđ pōt eſſe ſenſibile nullo ſenſu exiſtēte: ⁊ per ꝯñs aliqđ pōt realr̃ referri ad nō ens. ¶ Eodem mō pōt argui de memoria ⁊ memorato: nā ſeqtur memoratū eſt: igit̃ memoria eſt: ⁊ nō ſequit̃: memoria eſt: igit̃ memoratū eſt: nā oppoſitū ꝯñtis ē cōpoſſibile eſt añti: ita ꝙ h̃ eſt poſſis: memoria eſt ⁊ nullū memoratū eſt: ⁊ ſic de imagine ⁊ imaginato: ⁊ pluribꝰ alijs que adinuicem relatiue dīr. ¶ Ex hac ꝯcluſione infero duo correl. ꝯtra vnum doctorē. Primū ē ꝙ nō quelibet ꝓpō affirmatiua cui⁹ ꝑdicatū eſt terminus cōnotatiuus ſi eſt vera hꝫ de. v. ſ. vnā exponentē vera in qua de ſubto dicte ꝓpōnis verificat̃ aliqđ vel ens: ſtricte ſumēdo aliqđ ⁊ ens vt. ſ. ſola exiſtentia dīr entia. v. g. h̃. hō eſt alb⁹: exponit̃ vt dīt ſic: homo eſt aliqđ: ⁊ illud eſt albuꝫ: vel ſic homo eſt ens: ⁊ illud eſt albū: ⁊ ita dīt de quolibet. ¶ Cōtra hec ꝓbo ꝯcluſionē ꝓpoſitā ex dictis: q2 vt pꝫ ex dictis. aliquid nō exiſtēs eſt imaginatū: ⁊ memoratum. v. g. Hercules: ⁊ aliqđ nō exiſtēs eſt cā ſeu ſinis. v. g. ſanitas: ꝓpter quā egrēdiꝫ ſꝫ ſumit potionē: igit̃ hec ſunt vere. Hercules eſt imaginatus ſanitas eſt ſinis: ⁊ ſunt affirmatiue ⁊ vtriuſq; ꝑdicatū eſt cōnotatiuum: ⁊ tñ vtraq; iſtarū eſt falſa. Hercules eſt ens: ſanitas eſt ens: ſuppoſito ꝙ nulla ſanitas ſit. ¶ Scđo h̃ eſt vera. antechriſtus eſt ꝑſcitus: ⁊ tñ h̃ eſt falſa: antechriſtus eſt ens. ¶ Preterea. Si de virtute ſermonis illa exponeret̃ iſtā: igit̃ h̃ eēt bona ꝯñtia. Antechriſtus eſt ꝑſcitus: igit̃ antechriſt⁹ eſt ens. ⁊ vltra: igit̃ antechriſtus eſt: igit̃ de ꝑmo ad vltimū h̃ eſſet bona ꝯñtia. Antechriſtus eſt ꝑſcit⁹: igit̃ antechriſt⁹ eſt: ⁊ tñ ſm cōmēt. hec illatio peccat penes fallaciā ſm q̄d ⁊ ſimpliciter. ¶ Et ſi dicat̃. ſicut ſm ſua dicta diceret forte q̄dā alius doctor: ꝙ de. v. ſm. h̃ eſt falſa. Antechriſtus eſt ꝑſcitus: ſed h̃ eſt vera: antechriſt⁹ ꝑſcit̃. ¶ Cōtra nō ſolū ſm grāmaticos: qui dīt verbuꝫ reſolui in ſuū participiū ⁊ hoc verbū eſt. Sed etiā ſm ꝑhm 5⁹ meta. cap. de ente vbi dicit. nihil refert: homo cōualeſcens eſt: aut homo ꝯualeſcit: vel homo vadēs eſt aut ſecās: vel hoiem vadere aut ſecare. Similr̃ aūt ⁊ in alijs. hec ꝑhs. ¶ Scđꝫ correlariū ꝯtra ꝑmū doctorē eſt: ꝙ nō ſemꝑ in ꝓpōne affirmatiue vera terminus de virtute. ſ. verificat̃ de eo pro quo ſupponit. pꝫ ī iſta. Antechrūs eſt futurus: nā antechrūs ſupponit pro nō ente: ⁊ tamen de nullo nō ente vere ꝯtingit dicere qđ eſt antechriſtus.

¶ Confirmant quoq; poſitionē hanc per cōmune dictum antiquoꝝ doctoꝝ qui cōceſſerunt multas predicationes eſſe veras in diuinis per idētitatē nō formales: ꝙ nō videt̃ itelligibile niſi per hoc ꝙ ꝑdicatū eſt vere idē ſubto ⁊ ex h̃ erat ꝓpoſitio affirmatiua vera per identitatem: ⁊ tamē ꝑdicatū nō eſt formaliter idē ſubiecto: ⁊ ideo nō eſt ꝑdicatio formalis. — Fol. 125. col. 1. circa ſinē lınee. 31.

ribus ⁊ cãlcotib⁹ ⁊ oĩbus operantib⁹ manualiter que nõ tñ iclinant ad aliqd eiuſdẽ rõnis ſed ad idẽ indiuiduũ numero.pꝫ in aliquo vſitato ad tranſeundũ per certũ locum ⁊ hoſtiũ in certa parte domus:ſi mutat̃ hoſtiũ adhuc frequẽter redit ad locum vbi fuit pͥmũ hoſtiũ quouſq; per multos act⁹ gñet̃ qualites inclinans ad trãſeundũ per 2ᵐ hoſtium.ẜ eodem mõ põt poni ꝙ ſit aliqua qualitas in virtute phantaſtica inclinans potentiam ad actus ꝯſimiles:que habitus dici põt:nec ꝓter hũc opꝫ aliq̃ ſpẽm ponere ad quã terminet̃ actus huius potẽtie:quimo mediante tali habitu derelicto põt elicere actũ ſuũ terminatũ ad idẽ ſenſibile numero qđ ꝑus vidit.nõ aũt ad aliquã ſimilitudinem vel imaginẽ vt aliq̃ falſo imaginant̃. ¶ Quinta ꝯcluſio eſt ꝙ in ſenſu exteriori nõ eſt ponẽda ſpẽs aliq̃:⁊ hõ ꝓbat̃ per eandem rõnẽ per quã ꝓbata eſt pͥma ꝯcluſio. ¶ Hec op.nõ videt̃ mihi vera.pro cuius falſitatis oſtenſione ⁊ rñſione ad ꝑſentẽ articulũ ꝑmitto duplicẽ diſtinctionẽ vnã de habitu.nã põt dupliciter accipi q̃tum pro nunc ſufficit.vno mõ cõiter pro omni forma firmiter manẽte in aĩa ſeu de difficili mobili ꝯcurrente ad eliciendũ actualẽ operationẽ.⁊ iſto mõ ſpẽs etiaꝫ quã pono poſtq̃ firmata eſt in potẽtia põt habitus nominari.Alio modo ſtricte ⁊ magis ꝓprie ſm̃ vſum vocabuli ſumi põt habitus pro aliqua forma cãta in aĩa ex actib⁹ ꝓcedẽtib⁹ inclinãte ad actus eiuſdem rõnis eis ex q̃bus cãta eſt:que forma nõ eſt ſimilitudo imaginalis ſeu repꝛeſentatiua obı̃ı actus ad quẽ inclinat. ¶ Alia diſtinctio eſt de hoc noĩe:ſpẽs:ꝙ q̃uis ſit equocũ valde ⁊ multiplicẽ hñat ſignificationẽ:dimiſſis multis ſignificationib⁹ eius ad ꝓpoſitũ ĩpertinentib⁹ ⁊ ſumendo ip̃m tñ mõ vt cadit in vſu diſputantiũ ⁊ tractantiũ de notitia ⁊ mõ quo aĩa cognoſcit.dico ꝙ quadrupliciter põt accipi.vno mõ cõmuniſſime pro omni forma ad notitiã habendã cõcurrente:⁊ ſm̃ hunc modũ etiam ipſa forma corporis ꝙ cognoſcitur dicit̃ ſpẽs.2ᵒ cõmunius pro omni forma que eſt rem aliquo mõ ratio cognoſcendi aliã reꝫ:⁊ ſm̃ hunc modũ ars ⁊ aliq̃ habitus cognitiui poſſunt dici ſpecies.3ᵒ mõ cõmuniter pro forma quelibet que eſt ſimilitudo:⁊ imago rei cognite ⁊ per quã res illa cognoſcit̃:⁊ ſm̃ hũc modũ etiã ipſa actualis notitia dicit̃ ſpẽs.4ᵒ mõ ſumit̃ proprie.ẜ.pro forma que eſt ſimilitudo ſeu imago rei cognite manens nãliter in aĩa etiã poſtq̃ deſijt actualis notitia ſeu poſtq̃ anima deſijt actualiter cognoſcere apta nata ducere aĩam in notitiã rei cuius ipſa eſt imago ⁊ ſimilitudo. ¶ Primo ⁊ duob⁹ vltimis modis vtit̃ noĩe ſpẽi.Aug.2ᵒ de tri.ca.9ᵒ Et 2ᵒ modo accipit Phs 7ᵒ meta.in illo cap̃.Eoꝝ aũt que ſiunt:cũ ait medicinalis autẽ ⁊ edificatoria eſt ſpẽs ſanitatis ⁊ domus. ¶ In ꝑſenti ſpẽs 4ᵒ mõ tñ ſumit̃:⁊ habitus 2ᵒ mõ.Sic eñ qđ hꝫ difficultatẽ:⁊ iter varias op.diſcutit̃.Et ſic acceptis vocabulis pono cõcluſiones q̃tuoꝛ. ¶ Prima eſt ꝙ in potentia ſenſitiua exteriori non ſunt ſpẽs. ¶ Scđa ꝙ ſpẽs ſunt in potẽtia ſenſitiua interiori. ¶ Tertia ꝙ ſunt etiã in intellectu. ¶ Quarta ꝙ pꝛeter ſpẽm nõ eſt in potẽtia ſenſitiua hĩtus elicitiu⁹ ſue notitie abſtractiue. ¶ Prima ꝯcluſio ꝓbat̃ pͥmo auc̃te Aug.2ᵒ de tri.ca.2.vbi dicit ꝙ detracta re viſibili nulla remanet forma que inerat ſenſui duꝫ ad eſſet illud qđ videbat̃:ſenſus aũt ipſe remanet qui erat ⁊ prius q̃ aliqd ſentiretur:⁊ tñ in fine dicti capituli dicit ꝙ detracta re viſibili remanet in memoria ſimilitudo ei⁹.hoc etiã volunt oẽs cõmuniter.Et rõne pꝫ:q: aliãs poſſet viſus per ſpẽm illã cognoſcere ſenſibile abſens ſaltẽ abſtractiue.ꝙ nõ eſt veꝝ.pꝫ ꝯña:qm̃ vt patebit in ſequentib⁹ ꝓpterea ꝓciſe remanẽt ſpẽs ſenſibilium in aĩa vt in abſentia ſenſibiliũ ſuppleant vicem coꝝ:ita ꝙ per eas cognitas cognoſcant̃ abſentia ſenſibilia. ¶ Prima nulla experientia vel ratio cogit ponere talẽ ſpẽm:igit̃ non eſt ponenda. ¶ His ꝑmiſſis pono aliquas cõcluſiones.pͥma eſt ꝙ opꝫ concedere ſpecies eſſe in potẽtia ſenſitiua interiori. ¶ Secũda ꝙ etiam in intellectu opꝫ ſpecies ponere. ¶ Tertia ꝙ nõ oportet ponere habitũ in potentia ſenſitiua ꝓpter eius cognitionem ſimplicẽ ⁊ incõpleram. ¶ Scđam cõcluſionẽ poſſem plurimis auctoritatibus Augu.⁊ Phi ꝓbare.Sed q: ille poſite ſunt in pͥmo lib.di.3.vbi inquirit̃ vtrũ res ſenſibiles nãliter intelligant̃ a nobis ⁊ probat̃ ꝙ de ſenſibilibus habemus aliquas ſenſuales notitias nõ ad ipſas imediate:ſed ad eaꝝ ſpẽs terminatas:ideo illas obmitto hic.⁊ ꝓbo cõcluſionem per rationes pͥmo ſic.Suppono vnũ ꝙ quilibet experiri põt ſi vult in ſeipſo videlicet ꝙ cũ aliquã rẽ quã alſ vidit recordat̃ vel cogitat ipſe tunc aliquid actualiter intuet̃:tunc ſic.Iſtud qđ ipſe intuet̃ vel eſt ipſamet res quã alſ vidit eadem numero vel aliqua ſimilitudo illius poſt eius viſionem alſ habitã in aĩa reſeruata.Sed nõ põt dari pͥmuꝫ:ꝙ tamẽ dat op.ꝓcedens ꝓbatio.pͥmo qđ q: tunc ipſe poſſet per huiuſmodi notitiã euidenter ſcire:vtrũ illa res eſſet vel nõ eſſet:⁊ alias ſingulares ⁊ cõtingentes veritates de ipſa.cõſequens eſt falſum ſm̃ experientiaꝫ.Recordoꝛ enim nunc vrbis Rome ⁊ tamẽ neſcio nec ſcire poſſum per iſtaꝫ notitiam vtrũ ipſa ſit vel nõ ſit:⁊ quid agat̃ vel nõ agat̃ in ea ſcire poſſum euidenter vtrum ſit viuus aut mortuus vel etiã anulbi latus.ꝯſequentiã ꝓbo.pͥmo auctoritate Augu.de quãtitate aĩe ca.5.vbi eandẽ ꝯſequentiã facit ex toto.vnde ſicut ẽt vbi ſupra tactũ eſt Adeodato.Reſpondenti ſe meminiſſe vrbis Mediolanenſis quã alias viderat:⁊ ſpatioꝝ medioꝝ:⁊ hoc per memoriam poſſe fieri q̃uis aĩa eius nõ porrigeret̃ extra ſuũ corp⁹ vt eſſet ꝑſens locis illis infert Aug.imagines ergo illoꝝ locoꝝ memoria ꝯtinentur.Reſpondet Adeo.Ita ſentio.Naꝫ ⁊ qd nunc ibi agat̃ ignoro:qđ vtiq; nõ ignorarem ſi animus meus vſq; ad ea porrigeret̃ ꝑſentiaq; ſentiret.Reſpondet ⁊ Aug.veruꝫ videris mihi dicere.Ecce ꝙ hic expꝛeſſe ſit ſimilis ꝯña.⁊ Aug.approbat eam.⁊ ꝯcluſionẽ etiã ꝑncipalẽ:vt pꝫ in ꝑncipio auctoritatis:⁊ eandẽ cõſequentiã ipſe facit inde vera rel.ca.50. ¶ Secundo pꝫ rõne:qm̃ nulla alia ratio eſt ꝓpter quã videns reꝫ aliquã imediate ſenſu exteriori nouit illam eſſe ⁊ alias veritates cõtingentes illius niſi:q: illã in ſeipſa imediate cognoſcit:⁊ ita eſſet in ꝓpoſito ſi ſenſus interioꝛ imediate illã in ſeipſa cognoſceret. ¶ Nec vꝫ dicere:ꝙ cã eſt:q: exterioꝛ illã cognoſcit intuitiue:interioꝛ aũt abſtractiue tñ. Nam ſi illa noticia appelletur intuitiua que imediate ad rem cognitã terminat̃:tunc etiã interioꝛ ſenſus cognoſcet intuitiue ſm̃ te.Si vo ea tñ vocetur intuitiua qua põt ſciri rem eſſe:ſi eſt:vel nõ eſſe:ſi nõ eſt:⁊ ſimiles veritates cõtingentes:tunc dicere ꝙ hoc nõ põt ſciri per hmõi notitiã:q: nõ eſt intuitiua:⁊ per illaꝫ põt:q: eſt intuitiua : nõ eſt aliud q̃ dicere ꝙ per iſtã põt:q: põt per iſtã ⁊ per illã nõ põt q: nõ põt per illã:⁊ eſt ſoluere cõcluſionẽ per ſeipſam.Et ſimiliter poterit alius dicere:ꝙ per interiorẽ potentiaꝫ põt illud cognoſci:⁊ nõ per exteriorẽ. ¶ Scđo ꝙ illud qđ quis ſic intuet̃ nõ ſit ipſamet res extra ꝓbat̃:q: poſſibile eſt ꝙ tunc illa res nõ ſit ⁊ longo tẽpoꝛe ante deſierit eſſe.Sed nulla notitia a nobis naturaliter habita põt terminari imediate ad id qđ nõ eſt.ẜ ⁊ c̃. Aſſumptũ ꝓbat̃ pͥmo auctoritate expꝛſſa Aug.2ᵒ ꝯſe.ca.18.vbi ait. Neq; eñi põt videri ꝙ nõ eſt.Et qui narrant preterita:nõ vtiq; vera narrarent ſi animo illa nõ cernerent: que ſi nulla eſſent cerni oĩno nõ poſſent.Et paulo poſt explicans quomõ ꝑterita ſunt:q:.ẜ.in ſua imagine:⁊ illa eſt quã cernunt narrantes ꝑterita.ait.Quãquã ꝑterita cũ vera narrant̃ ex memoria ꝓferũtur.nõ res ipſe que ꝑterierunt:ſed verba cõcepta ex imaginib⁹ eaꝝ que in animo velut veſtigia per ſenſus pretereundo fixerant:⁊ dat exẽpliũ.Pueritia quippe mea que iam nõ eſt in tẽpoꝛe ꝑterito.eſt qđ iam nõ eſt:imaginẽ vo eius cuꝫ eã recolo ⁊ narro in ꝑſenti tẽpoꝛe intueoꝛ:q: eſt adhuc in memoria mea.Ecce ꝙ ſufficit ad ꝓpoſitũ ⁊ etiã pro ꝯcluſione ꝑncipali.nam ⁊ alia ſtatum ſubdit etiã ꝓpoſitũ ꝯfirmantia. ¶ Scđo q: vt in ꝓcedẽti qõne plurib⁹ auctoritatib⁹ eiuſdẽ ꝓbatũ eſt.oĩs res quã imediate cognoſcimus generat in nobis notitiã ſui.Qđ etiã hũc doctorem cõtra quẽ arguo cõcedere opꝫ imo ĩplicite cõcedit in vna qõnũ in q̃bus hanc mãm tractat. Nam aſſignando cãm vt qd nõ obſtante ꝙ vna intellectio equaliter aſſimilet̃ multis indiuiduis eiuſdẽ ſpẽi ducit tñ determinate in notitiã vnius:dicit ꝙ hõ eſt: q: ipſa ex nã ſua determinat ſibi ꝙ ducat intellectũ in notitiaꝫ illius obı̃ı a quo partialiter cãtur:q: ita determiat ſibi cãri ab illo obiecto ꝙ nõ põt cãri ab alio:⁊ ideo ſic in eius cognitioneꝫ ducit ꝙ nõ ducit in cognitionẽ alterius.Et addit ꝙ ſi aliq̃ cãret̃ a ſolo deo:per eã cognoſceret̃ illud ſingulare a quo determinate cãret̃ ſi cãret̃ a creatura:igit̃ ſm̃ eũ nulla notitia nãliter ducit determinate in notitiã alicui⁹ niſi ab illo cãetur partialiter: ſed cõſtat ꝙ nulla cãtur partialiter ab eo ꝙ nõ eſt.cãlitate inquã efficiẽtie de qua etiã ſpecie loqtur:igit̃ in nullius ꝙ nõ eſt ducit notitiã ſaltẽ imediate:⁊ per ꝯñs res illa que nõ eſt:nõ immediate cognoſcit̃ per illã notitiã. ¶ Preterea ad ꝯcluſionem ꝑncipaliter ſic.Cõtingit alicui cogitãti de re aliq̃ quã nunq̃ vidit ſimile occurrere obiectiue ei qđ occurrit alteri cogitãti de re eadẽ quã tamẽ alias vidit.v.g.ſi quis narret alicui qui nunq̃ vidit elephantẽ qualis figure ⁊ diſpoſitionis ſit membroꝝ ſimile occurret audiẽti ei ꝙ occurret narrãti:ꝑſertim ſi ille diſtincte narret ⁊ perfecte.⁊ audiens vigeat virtutib⁹ interioribus: ſicut narrat Ariſto.de quodam antiquo qui ita informabat res tranſlatas ad ip̃m per auditũ quas nunq̃ vidit:⁊ cuꝫ ille forme experimentabant̃ inueniebant̃ ſm̃ verã diſpoſitioneꝫ:vt dicit cõmenta.in de memo.⁊ remi.Quero tunc aut iſte audiẽs videt per interiorẽ ſenſum imediate in ſeipſo elephantẽ verum:aut imaginẽ eius.pͥmũ nõ põt dici.tum q: nunq̃ vidit ip̃m aut ſenſit per ſenſum exteriorẽ:⁊ ĩpoſſibile eſt ꝙ aliqs naturaliter reꝫ aliquã extra apprehendat per potentiã interiorẽ imediate quã

nec tunc

nec tunc nec antea apprehendit per ſenſum exteriorē.tum q2 cōſtat ꝙ tunc nō cognoſcit imediate quēlibet elephantem:nec eſt ratio ꝓpter quā vnū determinate cognoſcat plus ꝙ aliū: igit̄ nullū elephantē verū imediate apprehendit:igit̄ ſola imago elephantis occurrit cōſpectui ſuo:⁊ cū ſimile occurrat narrāti etiā ſibi imago tñ occurrit:nec eſt differētia niſi ꝙ illa narrantis fuit a re extra cauſata:ħ vō a virtute interiori audiētis ficta.iuxta modū dictū in ṗmo di.3.vbi iſta materia ſatis prolixe perquirit̄:⁊ per ꝯñs in virtute interiori ſunt ſpēs ⁊ imagines rerū. ¶ Preterea ſi ſic ſicut dicit iſta oṗ.ſequitur ꝙ ſomniātibus ⁊ freneticis vigilantibus nō imagines rerū:ſed ipſe vere res extra occurrant:appareant:⁊ ꝙ realiter guſtent vinum:⁊ tangant ignem verum ſicut apparet oṗ.que certe nullus compos mentis concederet. ¶ Hec concluſio preter auctoritates vbi ſupra in ṗmo li.recitatas quibus euidētiſſime aſſeritur pōt aliqs ēt ꝯfirmari. Probo.n. Augu.12° ſuper gene.c.10.diſtinguit tria gña viſionū.ſ.corporale:ſpūale:⁊ intellectuale:⁊ de quolibꝫ dās ex̄ᵐ de ſpūali ait. Ipſum quippe celum ⁊ terrā ⁊ ea que in eis videre poſſumus ēt in tenebris cōſtituti cogitamus.vbi nihil videtes oculis corporis:aīo tñ corporales imagines intuemur. ſeu veras ſicut ipſa corpora vidimus ⁊ memoria retinemus.ſeu fictas ſicut cogitatio formare potuerit.in qbᵘˢ verbis nota ꝙ ⁊ tales imagines aſſerit retineri in memoria.⁊ dicit ꝙ illas intuemur animo:ita ꝙ ad ipſas terminat̄ intuit⁹ ⁊ notitia illa quod ēt oṗ.negat.⁊ per qđ excluditur gloſa quam aliqñ dat prefata oṗ.dicens per imagines intelligi debere ipſas cognitiones.nā cognitiones nō intuemur ſed obiecta cognitionum. ¶ Et ne dicas ſicut aliqñ dīc ꝯſueuit predictus opinans ꝙ per imagines res ipſemet extra ſunt accipiēde.nam dicūt ꝙ imago ⁊ phantaſma ⁊ ſimilia vocabula ſignificāt ipſas res ſingulares extra:cōnotando actum phantaſiandi:ita ꝙ nō eſt aliud phantaſma ꝙ̄ res ipſa fantaſiata.attende quid ſequitur ſtatim.loquens enim de 3° genere viſionis.tertiū inquit illud quo dilectio intellecta conſpicitur:eas res cōtinet que nō hñt imagines ſui ſimiles ꝙ̄ nō ſunt ꝙ ipſe.ꝑ ꝙ manifeſte demōſtrat ꝙ imagines que videtur 2° genere viſionis nō ſunt id qđ ipſe res quorū dicunt̄ imagines. ¶ Item.c.4°. deſcribit ſpm̄:ſm̄ ꝙ ab eo denominatur viſio ſpiritualis.dicēs ꝙ eſt vis quedam mēte inferior vbi corporalium res ſimilitudines exprimunt̄. ¶ Itē cap.16.Cū aliquid oculis oritur:ꝯti⁹ fit imago eius in ſpiritu:ſed nō dinoſcit̄ facta:niſi cum ablatis oculis ab eo qđ per oculos videbamus imaginē eius in animo inuenimus ⁊ ſi qđ ſpiritus irrōnalis eſt veluti pecoris huc uſqꝫ oculi nuntiant. Si aūt anima rationalis eſt ēt intellectu nūciatur qui ⁊ ſpiritui preſidet.ecce ꝙ imago ſic in ſpū ⁊ etiā in intellectu ſi eſt homo qui videt oculis corporis. ¶ Nec poteſt dici ꝙ per ymaginem que fit cū aliquid oculis cernitur intelligat aliquem habitum qualem fingit oṗ.tum quia ſm̄ oṗ. habit⁹ ille ⁊ ſm̄ veritatem nullus habitus proprie ſumptus eſt imago vel ſimilitudo rei extra.tum q2 ſm̄ opṗ.habitus nō terminat actuꝫ illius potētie ſed eſt ratio eliciendi ipſum.imago aūt ð qua loq̄t̄ Aug.terminat actū potētie ſeu cognitionē.ſicut pꝫ in auctoritate primo allegata.Et iterū eodē ca°.dicit ꝙ vidit rex Balthaſar articulos manus ſcribentis in pariete ꝯtinuoqꝫ per corporis ſenſum imago rei corporaliter facte ſpiritui eius impreſſa eſt.atqꝫ ipſo viſo facto atqꝫ preterito illi in cogitatione permanſit.videbatur in ſpiritu ⁊ non intelligebatur ⁊c̄.ecce ꝙ imago ſpiritui impreſſa videbat̄ in ſpiritu:terminabat ergo viſionem ſpiritualem.Itē paulo poſt dicit:ꝙ ipſe Balthaſar ſignū corporaliter factū corporaliter viderat.⁊ tranſacta eius imaginem in ſpiritu cogitando cernebat : vbi patet id ipſum. ¶ Itē.10.ꝯfe.c.10.Nō ea inquit.ſ.montes ⁊ flumina ⁊ alia corporalia que ꝑnoīat vidēdo obſorbui qñ vidi oculis.nec ipſa ſūt apud me ſꝫ imago eoꝝ. ¶ Itē c° ſequēti.Iſte quippe res nō intromittunt̄ ad eā.ſ.memoriā.ſꝫ earū ſolum imagines mira celeritate capiuntur ⁊ multa alia ad idem facientia dicit inde vſqꝫ ad capitulum.19.incluſiue. ¶ Item contra epiſtolam fundamenti dicit ꝙ ꝑ potētiam qua veritas intelligitur.hoc eſt intellectus: videtur aliam veram eſſe cartaginem.aliam quam cogitās fingit. ¶ Item hoc ipſuꝫ ipſe infra ca°.29.dicit ⁊ probat ex ſenſu auditus dicens. Niſi in auribus percepte vocis ymaginem ꝯti⁹ ſpiritus in ſeipſo formaret ac memoria retineret ignoraretur ſcīri ſimilis verū ſcđa eſſet cum iam prima vtiqꝫ nulla eſſet que percuſſa aure trāſierat:ac ſic omnis locutionis vſus.omnis cantandi ſuauitas.omnis poſtremo in actibus noſtris corporalis motus delapſus cecideret.neqꝫ vllum progreſſum nāciſceret̄ ſi tranſactos corporis motus memoriter ſpiritus non teneret. Quos vtiqꝫ non tenet niſi imaginaliter a ſe formatum ħ Aug. Multe alie auctoritates ⁊ ꝓbi ⁊ Cōmenta.ac Auicen.poſſunt pro iſta cōcluſione adduci quas ad vitādā nimiā prolixitatē obmitto. ¶ Quātū ad tertiā cōcluſionē.dico tria. Primū eſt ꝙ in intellectu ſunt ponende ſpecies rerū inſenſibiliū ⁊ mere intelligibiliū:ſicut intellectionum ⁊ volitionū ⁊ aliorum actuum intellectus vel volūtatis.hoc probat̄:q2 ꝯᵗ intellectum taliū actuuꝫ preteritorum recordari ⁊ ipſos in ſuis ſpeciebus derelictis intelligere:⁊ ille ſpēs nō ſunt in aliquo ſenſu interiori vel exteriori.igitur in intellectu ſunt hmōi ſpecies ponēde.ꝯſequentia eſt clara.⁊ prima pars añtis probata eſt lib.primo diſt.3.in illa.q. Vtrū res intelligibiles nāliter intelligantur a nobis.2ᵃ pars pꝫ ſatis ex ſe:q2 ſicut nullus ſenſus eſt cognitiuus illi⁹ rei mere intelligibilis:ſic nullius ſpēi taliū rerū eſt ꝯſeruatus. ¶ Cōfirmat̄ per illud Augu.15.de tri.Quāuis inquit in memoria hominis ⁊ maxime illa quā pecora nō hñt.i.qua res intelligibiles ita continētur vt nō in eā per ſenſus corporis venerint ⁊c̄.vbi patet expreſſe ꝙ in parte intellectiua ponit memoriā ⁊ in intelligibiliuꝫ rerū intelligibiles ſpecies.ſuppono aūt pro nūc ꝙ memoria intellectiua nō ſit potētia diſtincta ab intellectu ſm̄ Aug.⁊ vt cōmunius tenetur. Itē li.14.c.2.⁊.3.dicit ꝙ in patria recordabimur fidei quam nūc habemus per ſpeciem eius que remanebit in nobis.⁊ ita credendū eſt ꝙ nunc recordētur aīe ſeparate beatorum.que omni ſenſu carent. ¶ Scđm eſt ꝙ in intellectu ſunt ponēde ſpēs reꝝ ſenſibiliū ſicte ab ipſo que a modernis vocant̄ cōceptus ſicut ibidē vbi ſupra eſt de ſpeciebus diſtinctum. Hec probo ṗmo ſic.Cōtingit intellectū intelligere res ſenſibiles intellectione cōi ⁊ cōfuſa:qua etiam nullam ſingulare determinate ⁊ diſtincte intelligitur:igit̄ intellectu eſt ſeu ꝯᵗ eē aliq̄ ſpeciem ſenſi⁹ᵐ. Añs pꝫ per experientiā. Naꝫ diffiniēs hominē vel triāgulū.vtrqꝫ res ſenſibiles intelligit ⁊ notificat.⁊ ꝯſtat ꝙ nō determinate hunc hoiem vel hūc triāgulum.ꝯña probat̄.q2 talis cognitio cōis ⁊ cōfuſa ad aliquid imediate terminatur certuꝫ eſt. ⁊ non ad aliquam rem extra animam:q2 non ad rem vniuerſalem cum nulla talis ſit vt nunc ſuppono ⁊ probabitur lib.3.nec ad aliquam ſingularem determinate vt experientia probat.igitur ad aliquam rem in anima. Illa igitur vel eſt ſimilitudo reꝝ. ⁊ repreſentatiua ipſarum.⁊ per conſequens eſt ſpecies:vt nūc de ſpecie eſt ſermo intellectu.ſiue recepta a rebus quia de hoc pro nunc non curo. vtor enim hic noīe ſpecies generalr̄ ad oēs maneries ſpecierum de quibus diſtinctum eſt ſufficienter lib. ṗmo.d.3.in riſione ad 5ᵐ dubiū illius.q.vel illa res ad quaꝫ terminatur talis intellectio non eſt ſpecies ⁊ hoc dici non poteſt: quoniam tunc per illam intellectionem non intelligerētur res extra. Rurſus illa ſpecies nō eſt in aliqua vi ſenſitiua.ſicut nulla vis ſenſitiua eſt apprehēſiua vlr̄.qđ ꝓbatur:q2 ſi aliqua eſſet hoc maxime videret̄ de cogitatiua hoīs que oībus ſenſitiuis virtutibus eſt ꝑfectior. Sꝫ de illa nō eſt verū vt patet per cōmē.3° de aīa ꝯᵗᵒ.6.⁊ ibidē cōmē.19.dicit ꝙ propriū eſt intellectui iudicare infinita in ꝓpoſitione vli. Itē 2° de anima cōmē.65.dicit ꝙ comprehenſio intentionis indiuidui eſt ſenſiuuꝫ ⁊ cōprehen° intentionis vniuerſalis eſt intellectus. ¶ Secundo.Cōtingit intellectum intelligere qualitatem ſenſibilem.v̉.grā.albedinem abſtrahendo ab omni ſitu ⁊ q̄titate.⁊ ſimiliter q̄titatem abſtrahendo ab omni ſitu ⁊ qualitate:igitur ꝯᵗ in intellectu eſſe conceptus aliquos ſeu ſpecies rerum ſenſibilium. Añs patet ex 3° de aīa per expientiā virorū ſpeculatiuoꝝ qui reruꝫ q̄ditates pñt diſtinguere ⁊ diſtincte diffinire:⁊ proprias earū paſſiōes aduertere.ꝯña probat̄. Nam taliter intelligere qualitatem vel q̄titatem non pōt intellectus intuitiue vt notum eſt.nec abſtractiue in aliqua ſpecie ſenſibili interioris vel exterioris ſenſus:q2 q̄libet ſpecies ſenſus repreſentat rem cōcernēdo q̄titatē ⁊ qualitatem ⁊ ſitū eius.ſicut dicit Aui.6.nālī.p.2ᵃ.c.2.igitur cū oportet dare aliqđ repreſentatiuū in quo taliter apprehēdat hmōi res:reſtat ꝙ illud ſit ꝯceptus aliqs vel ſpēs apud intellectum. ¶ Tertiū eſt ꝙ in intellectu ſunt ponēde ſpēs rerum ſenſibiliū ab ipſis cauſate ⁊ in intellectu recepte.hoc probatur:q2 alioqn aīa ſeparata non poſſet naturaliter recordari actualiter reruꝫ ſingulariū ſenſitiuaꝝ diſtincte ⁊ determinate.⁊ vlterius cū ſm̄ ſniam Aug.in lib.de cura pro mor.agenda anime defunctorum nullā notitiā preter recordatiuam de hys que ſunt apud nos vł geruntur preſentialiter in vita iſta apud hoies naturalr̄ ex ſe habeant nō plus ꝙ̄ nos de eis ſequeretur ꝙ aīa ſeparata nullā notitiam penitus de ſingulari aliquo ſenſibili diſtinctā haberet ꝙ ſm̄ ſcōs falſum eſt.⁊ ꝓbatur per illud euangelicū de diuite epulone qui quinqꝫ fratres ſe dicebat habere in mundo:vt ſcribitur Luce.16.conſequentia patet : quoniam talis recordatio non niſi per ſpeciem fieri poteſt:⁊ non per ſpeciem fictam: vt in primo patet vbi ſupra.igitur per ſpeciem ab ipſis rebus dū fuerunt ſenſate deriuatam. ¶ Hec concluſio confirmatur

per auctoritatem Aug. 12. ſuper geñ. c° 6°. preallegatã pro ſecũda concluſione premiſſa. Cum aliquid oculis cernit ⁊c. Et per illud etiã phĩ 3° de anima. Et bene dicentes ſunt aiam eſſe locum ſpecierum. niſi ꝙ non tota ſed intellectiua. ⁊ per Cõmẽ. ibidem cõmẽ. 6. ¶ 4° ꝯclõ probatur faciliter. q2 ſpecies exiſtentes in virtute ſenſitiua ſufficienter intenſe ⁊ firmate ſufficiunt ad ſaluandũ oĩa apparẽtia ⁊ expta circa notitias hmõi ſimplices interiores. igĩ fruſtra ponerent̃ habit⁹ aliqui ꝓter illas. ¶ Preterea in ſenſu exteriori non ponit̃ aliquis habitus ſm etiam op. alias: ſed ſufficit ad eliciendum illam notitiam obiectũ ipſuꝫ cũ potẽtia. igitur nec in ſenſu interiori eſt ponendus aliquis talis habitus: ſed ſufficit ipſa ſpẽs retenta pariter cũ potentia cognitiua ad eliciendũ actũ ſeu interiorem notitiã. pꝫ ꝯñs qm̃ ſicut in pᵒ. d. 3. diffuſe oñſuꝫ eſt. ſpẽs ita ſe hꝫ ad notitiam interiorẽ ſicut ſenſibile extra ad exteriorem. ⁊ ita imediate notitia interior terminatur ad ſpeciẽ ⁊ eſt intuitiua reſpectu ſpẽi lꝫ ſit abſtractiua reſpectu rei extra. ſicut noti⁹ exterior ſeu ſenſus exterioris imediate terminat̃ ad ſenſibile extra ⁊ eſt intuitiua illius. Nõ tñ ꝑ hoc nego habitum aliquẽ quo intuẽs hmõi ſpẽꝫ noſcit̃ diiudicare illã eſſe ſpẽꝫ ⁊ ſilitudinẽ rei alterius ſicut vbi ſupra expoſitũ eſt. Sꝫ iſte habitus nõ eſt elicitiu⁹ noĩ illius ad ſpẽm imediate terminate. ¶ Preterea habitus vt nũc de hitu loqmur inclinat ad act⁹ ꝯſiles hijs ex qbus eſt genitus. notitia vo ĩtuitiua rei extra. ⁊ notitia abſtractiua eiuſdẽ nõ ſunt ſiles nec eiuſdẽ rõnis ẽt ſm illã op. alibi igitur ꝙ eſt derelictũ ex notitia ĩtuitiua alicuius ⁊ nõ inclinat ad notitiã ĩtuitiuã eiuſdẽ: ſed tñ ad abſtractiuã. nõ eſt habit⁹. Quicqd ergo ſit illud ꝙ ſic inclinat hꝫ ꝓpoſitũ. ⁊ certe nõ apparet aliud ꝙ̃ ſpẽs. ¶ Nũc ad rõnes op. Rñdẽdũ eſt. ⁊ ad eas qdẽ que ſũt ꝓ ꝯclõne pᵃ ⁊ ẽt ꝓ qnta ſiue ſint efficaces ſiue nõ. nõ eſt opus videre. q2 ꝯclõnes illas ꝯcedo ſi intendãt negare ſpẽm ad ſenſum ſupra poſitũ. nõ aũt ſi vlr: q2 vt dcm̃ eſt ⁊ ipſamet notitia ſpẽs dr̃. nec ſic negare ſpeciem intendit op. ilia. ¶ Silr 2ᵃᵐ ꝯclõnẽ ꝯcedo ſꝫ dico ꝙ illud ſuiũ ẽ ſpẽs: nec reſpectu talis notitie ſimplicis opꝫ ponere aliũ hitũ elicitiuũ. Et tũc reſtat videre ad rõnes tertie ꝯcluſionis. ¶ Ad pᵐᵃꝫ dico pᵒ ꝙ nõ oẽ ꝙ derelinquit̃ ex actu vel actib⁹ eſt habit⁹: accipiẽdo habitũ vt in ꝓpoſito qnimo ⁊ ſpẽs derelinquit̃ ex actu ſeu poſt actũ intuitionis. ¶ Scđo dico ꝙ ſpẽs ⁊ ſi ꝓcedat quoſdã actus ſcꝫ abſtractionis nõ tñ oẽm actũ: q2 nõ illũ ĩtuitiuũ quo mediate eſt acqſita. ¶ Ad ſcđam nego minorẽ ſi ſumat̃ ad ꝓpoſitũ. ⁊ ad ꝓbationẽ dico ꝙ nõ loquet̃ phs de habitu aliquo qui ſit reſpectu talis ſimplicis notitie: ſꝫ reſpectu notitie ſciẽtialis ⁊ cõplexe. ſcđo dico ꝙ reſpectu talis notitie ſimplicis intellect⁹ eſt in potẽtia accidẽtali per ipſam ſpẽm nec aliud ad hoc eſt neceſſariũ. ¶ Et cũ vlterius dicit̃ ꝙ nullus experit̃ ſe eſſe in potẽtia accidẽtali reſpectu cognitionũ niſi poſt intellectionẽ. ꝯcedo: nã nec aliqs etiã hꝫ nãliter ſpẽm ante oẽm itellectionẽ. Et cũ vlterius addit̃ ꝙ ſi ponerent̃ mille ſpẽs ſine ⁊c. Dico ꝙ iſtud eſt ĩpoſſibile nãliter: ita bene ſicut eſt ĩpoſſibile de habitu ꝙ hẽatur ante oẽm intellectionẽ. Si tñ virtute diuina crearetur ante oẽm actũ ſpẽs in itellectu: ⁊ cũ illa etiã notitia qua cognoſceret̃ illã ſpẽm eſſe ſimilitudinem alterius abſq3 aliquo alio habitu talis vtiq3 experiret̃ ſe eſſe in potẽtia accidentali ad huiuſmodi notitiã: ⁊ cũ vellet poſſet illã elicere. ⁊ addo ꝙ quocũq3 habitu poſito ſiue poſt intellectionẽ ſiue ante ⁊ nõ poſita ſpecie repſentatiua oppoſiti aut ea penitus abolita: ita vt reuocari non poſſit per intellectũ: nunq̃ intellectus poterit exire in talẽ notitiã abſtractiuã: ⁊ per ꝯñs nec experiet̃ ſe eſſe neq3 erit in potẽtia accidentali ad illã: ſicut pꝫ per Augu. 2° de tri. ca. 3. ⁊ 5. Et ꝙ fortius eſt per experientiam ipſam ⁊ per iſta pꝫ ad 3ᵐ argᵐ. ¶ Ad 4ᵐ dico ꝙ requirit̃ ſpẽs ꝓpter repreſentationẽ obiecti: ⁊ vt ſuppleat vicẽ eius. vnde ſicut dicit Augu. 10. de tri. cap. 5. q2 nõ põt aĩa ſecũ introrſus tanq̃ in regionẽ incorporee nãe ipſa corpora inferre imagines eoꝝ cõuoluit ⁊ rapit. Et lib. 2. cap. 9. vt poſſit ĩngt eſſe viſio cogitantis: ideo ſit in memoria de viſione ſentiẽtis ſimile aliqđ que ſe ita ꝯuertat in cogitãdo acies animi ſicut ſe in cernendo cõuertit ad corpus acies oculoꝝ. Itẽꝫ 12. ſuper Geñ. cap. 29. dicit ꝙ cũ ꝑus videmus aliqđ corpus ꝙ antea nõ videmus: icipit imago eius eſſe in ſpiritu noſtro ꝙ cũ illud abſens fuerit recordemur. Item phs 3° de aĩa. Intellectus ingt aĩe phantaſmata vt ſenſibilia ſunt. ⁊ Cõmen. ibi cõmẽ. 39. dicit ꝙ imagines ſenſibiliũ ſunt itellectui loco ſenſibiliũ. multa alia teſtimonia poſſent induci ⁊ inducta ſunt vbi ſupra in pᵒ: qb⁹ apparet ipſas ſpecies non ob aliud nãliter fieri in nobis niſi vt res abſentes in illis ſeu per illas noſſe poſſim⁹. ⁊ ꝙ ita ad illas terminat̃ noſtra cognitio in abſentia reruꝫ quas repreſentant ſicut ad ipſas res cũ ꝑſentes exiſtunt. Tunc ad ꝓbationes que ſunt ꝯtra hoc. ¶ Ad pᵐᵃ cõcedo antecedens: ⁊ nego ꝯñtiam. ⁊ ꝓbatio nullã hꝫ apparentiã. nõ enĩ eſt ꝯñs ꝙ obiectũ in abſentia: vel quãdo oĩno nõ eſt ſe preſentet potẽtie: ſi dum actu eſt ⁊ debite oppoſitũ ſe ꝑſentat: ſeu potius ſic eſt ꝑſens vt imediate cognoſci poſſit. ¶ Ad ſcđam ꝯcedo ꝙ ꝑſentatũ ꝑus eſt cognitum. ſ. per notitiã intuitiuã. ⁊ illã nõ ꝓcedit ſpẽs ſed cõmunicat̃ ⁊ remanet poſt illã: vt ex dictis ſatis apparet ⁊ ampli⁹ in pᵒ lib. ¶ Ad tertiã dõm: ꝙ ſiue illud ſit veꝝ ſiue nõ: nõ tñ eſt cauſa in ꝓpoſito: ſed cã eſt ea que tacta eſt. vꝫ. ꝙ q2 res nõ ſemꝑ põt imediate per ſe ipſam obijci anime: ſiue q2 oĩno deſijt: ſiue q2 abſens eſt ſubuenit natura ſeu potius deus iſtitutor nature: vt per aliqd ſimile rei nobis ꝑſens ineſſet per qđ rem abſentẽ vel nõ iam exiſtentem noſſe poſſemus. ¶ Ad rõnes pro ꝯcluſione quarta reſpondendũ eſt. ¶ Ad pᵐᵃ qdẽ dõm ꝙ nõ oẽ obiectũ ſenſus interioris eſt: aut etiã eſſe põt obiectũ ſenſus exterioris. Quis aliqđ poſſit eſſe obiectũ exterioris ſenſus ⁊ alicuius interioris. Qđ aũt eſt obiectũ interioris ⁊ nõ exterioris eſt ipſa ſpecies. Similiter ⁊ ſenſatio ſenſus exterioris. Sicut pꝫ per Aug. 2. de libe. arbi. cap. 7. ⁊ 8. ⁊ per phm̃ 2° de aĩa. ¶ Ad ſcđam dicendũ ꝙ illa ſpẽs nõ eſt eiuſdẽ ſed alterius rõnis ab obiecto extra ⁊ cũ aſſumit̃ ꝙ potẽtia potẽs diſcernere iter indiuidua minus diſſimilia ⁊c. Dõm ꝙ ſimilitudo duplr̃ põt accipi. vno mõ pro ꝯueniẽtia eſſentiali ſm genus vel ſpẽm. Sicut duo hoĩes ⁊ duo indiuidua eiuſdẽ ſpẽi dicunt̃ eſſe ſimilia. Alio mõ pro ꝯueniẽtia quadã accidentali qua imago ei cuius eſt imago dicit̃ ſimilis: ⁊ per oppoſitũ põt accipi diſſimilitudo. Si autẽ ꝓpoſitio aſſumpta intelligat̃ de diſſimilib⁹ diſſimilitudine oppoſita ſimilitudini. pᵒ mõ ipſa nõ eſt vera vlr: ⁊ pꝫ inſtantia. Nã ꝯſtat ꝙ lup⁹ ⁊ ouis minus ſunt diſſimiles iſto mõ: q̃ lupus ⁊ ſtatua lignea lupi: ⁊ tamẽ agnus bene diſtinguet inter lupũ verũ ⁊ ouẽ. Immo ⁊ inter ouem matrẽ eius ⁊ aliã ouẽ que adhuc plus conueniunt eſſentialiter. nõ aũt inter lupũ verũ ⁊ ſtatuã lupi. Nã ſi vnã ſtatuã bene iperfectã videret: ita eã fugeret ſicut verũ lupuꝫ. Alie inſtantie multe poſſent dari: ⁊ q2 in iſto ſenſu vt videt̃ procedit argumẽtũ ideo nõ ꝯcludit. Si tamẽ intelligat̃ 2° mõ tũc minor eſt falſa. Nã ſpẽs magis eſt ſimilis rei cuius eſt ſm hũc moduꝫ ſimilitudinis q̃ duo indiuidua extra eiuſdẽ rõnis. ¶ Preterea maior illa eſto ꝙ quis vellet eã admittere deberet itelligi ſi cetera forẽt paria in ſe ⁊ in ordine ad vim ipſam cognitiuã. ꝙ nõ ꝯtingit in ꝓpoſito. nã duo indiuidua extra pñt intuitiue apprehendi in diſtinctis locis: ⁊ ſimul ⁊ ſeorſuꝫ. nõ ſic aũt de ſpecie ⁊ re extra. nunq̃ enĩ ſimul ⁊ res ⁊ ſpẽs eius poſſunt ab eadẽ potẽtia intuitiue apprehendi neq3 in diſtinctis locis neq3 in eodeꝫ. ⁊ multe alie differẽtie hincinde poſſent aſſignari ꝓpter quas potentia illa nõ ita põt imaginẽ diſtinguere a re cuius eſt imago: ſicut duas res extra. Suppoſito ꝙ talis potẽtia interior poſſit intuitiue res extra apprehendere ſicut aliqui concedunt hoc eſſe poſſibile ꝯcurrente tamẽ exteriori ſenſu. Et que dicta ſunt itelligi debent de potẽtia ſenſitiua de qua factũ eſt argumẽtũ. Quoniaꝫ ſi de intellectiua argueret̃. Dõm eſſet ꝙ illa vtiq3 põt diſtinguere inter rem ⁊ ſpẽm eius. Sed de ſenſitiua magis põt verti in dubiũ. ¶ Ad aliud quo pᵒ in potẽtia ponit habitũ reſpõdendũ eſt ſicut ad argumẽta pro tertia ſua ꝯcluſione. nã totũ illđ ſaluat̃ per ſpẽm abſq3 habitu nõ aũt per habitũ ſic ſumptũ.

Quarto quero vtrũ ſpẽs quas a reb⁹ angelus recipit ſint cauſe intellectionũ qbus res ipſas intelligit: vel ecõuerſo ipſe itellectiones ſint cãe ſpecierũ. Et arᵒ pᵒ ꝙ ſpẽs ſint cauſe itellectionũ: q2 vel ſpẽs ſunt cauſe intellectionũ. vel ecõuerſo. Sꝫ pꝫ: q2 aliogn angelus poſſet acquirere ſpecies rerũ eis nõ intellectis: ⁊ eas nõ intelligere non acquirendo ſpecies ⁊ vtrũq3 falſuꝫ eſt. Sed intellectiones nõ ſunt cauſe ſpecierũ cum ipſe ſpecies nõ ponantur niſi ꝓpter generationẽ intellectionũ. effectus aũt nõ ponit̃ vt cã eius generet̃: igĩ ⁊c. reſtat ergo ꝙ ſpecies ſint cauſe intellectionũ. Sed qđ ecõtra intellectiones ſint cauſe ſpecierũ ꝓbat̃. Retenta maiore pᵐⁱ argumenti. Sed ſpecies nõ ſunt cauſe intellectionũ. ꝓbatio: q2 vel eſſent cauſe nãliter agentes. vel libere. nõ libere: q2 cãm liberã nõ neceſſario ſeqtur effectus: ⁊ per ꝯñs poſſent cauſari ſpecies in angelo nõ cauſatis intellectionibus: ex quo vlterius ſeqtur ꝙ angelus poſſet habere de rebus notitias abſtractiuas nullis prehabitis intuitiuis: cuius oppoſitum ꝓbatum eſt in pᵒ di. 3. Nec etiã ſunt cauſe naturaliter agentes itellectiones: q2 ſi ſic ſequeret̃ ꝙ ſemper dum angelus haberet ſpẽm rei ſimul etiã haberet actualẽ intellectionẽ eius ⁊ per ꝯñs: ꝙ tot res ſemꝑ actu intelligeret ⁊ tot diſtinctas intellectiones haberet: quot habet ſpecies. ꝙ videt̃ excedere vires create nature. relinquitur ergo ꝙ ſpecies ipſe nõ ſint cauſe intellectionũ: ſed ecõuerſo: intellectiones cãe ſpẽrũ. Fol. 62. col. 1. poſt lineã 29.

In iſta qõne duo erunt articuli: nã pᵒ videbit̃ de queſito.

¶ Scđo

¶ Scd̃o vtrũ angeli ſimul actualiter oĩa intelligant quoꝝ hñt ſpẽs. ad qḋ tanq̃ ad incõueniens deducit 2ᵐ nrᵐ.

Quantum ad pᵐ dico ꝙ qḋ põt intelligi tam de intellectione abſtractiua qua angelus per ſpẽm tanq̃ per mediũ cognitũ intelligit rem cuius eſt ſpẽs q̃ de intellectione intuitiua qua imediate in ſeipſa rez apprehẽdit. Si intelligat: ⁊ ſm hoc pono ↄcluſiones. 4. pᵐa eſt ꝙ notitia intuitiua quaꝫ hꝫ angelus de re eſt cauſa. ſ. partialis ſpẽi eiuſdẽ rei. ¶ Secũda ꝙ ipſa notitia eſt cauſa ſpẽi nãliter actiua: ſic ꝙ in agendo ſpeciem nõ depẽdet a volũtate niſi pro quãto dependet in eſſendo. Sed ꝙ ſtante notitia ipſa cauſet vel non cauſet ſpẽm nõ eſt in poteſtate volũtatis. ¶ Tertia ↄcluſio ꝙ ſpẽs in mẽte ãgeli eſt cauſa actiua intellectionis abſtractiue qua angelus rem cuius illa eſt ſpẽs itelligit. ¶ Quarta ꝙ in cauſando hmõi itellectionem ipſa ſpẽs aliquo mõ dependet a voluntate. ¶ Primã concluſionem declaro ex his que cõprehendimus in nobis: qm̃ nec aliter poſſumus de angelis aliquid per rõnem eſtimare: eo ꝙ nullã de ipſis experientiã habeamus arguo itaq̃ ſic. Viſio ſenſualis eſt cauſa ſpẽi in memoria: igit̃ viſio intellectualis ſeu intellectio intuitiua eſt cauſa ſpẽi in intellectu. Añs pꝫ per Augu. 2ᵒ de tri. ca. 9ᵒ. vbi ait ꝙ a ſpecie corporis qḋ cernit̃ exorit̃ ſpecies que fit in ſenſu cernẽtis: ⁊ ab hac ea q̃ fit in memoria. Species aũt in ſenſu cernentis eſt ſm eũ vt ex ſtatim ſequentibus pꝫ ipſa met viſio: ſicut etiã ſpẽs in acie cogitãtis eſt viſio cogitantis ſeu cogitatio. Et ideo ſubdit: vt poſſit eſſe viſio cogitãtis ideo fit in memoria de viſione ſentiẽtis aliqḋ ſimile ⁊c̃. vt in ſuperioribus qõnibꝰ eſt allegatũ. ↄñtia pꝫ pro tanto: qꝛ ſic ſe hꝫ viſio intellectualis ad cõſtituendã memoriã intellectualẽ ſicut viſio ſenſualis ad cõſtituendã memoriã ſenſualẽ. memoria vo intellectualis nihil aliud eſt q̃ intellectꝰ ſpecie informatꝰ. ¶ Nec obſtat ſi ponat̃ ꝙ memoria ſit potentia realiter diſtincta a viſu: quoniã ⁊ ſi nõ eſſet diſtincta ſed eadẽ: ſicut multi opinantur: quãuis concedant organa eſſe diuerſa: nihilominus adhuc ſpecies a viſione cauſaretur ⁊ non econuerſo. ⁊ ſimiliter erit in intellectu: qui ſimul eſt virtus apprehẽſiua ⁊ memoratiua: ac per hoc ſpeciei conſeruatiua. Qḋ maxime de angelis certum eſſe debet in quibus nulla vis corporalis exiſtit.

Fol. 62. col. 3 circa finez linee. 29.

¶ Premitto ꝙ angelũ poſſe ex ſe nãliter intelligere cogitationẽ alterius põt dupliciter intelligi. vno mõ ꝙ ſic ex ſe ꝙ relictus ſuis nãlibus poſita in intellectu alterius angeli cogitatione indebita approximatione: ⁊ deo nõ ſubtrahẽte cõmunẽ influentiam ſuã in ſua poteſtate ſit illã diſtincte ⁊ intuitiue intelligere: ita ꝙ nec ab angelo cogitante poſſit impediri quin illaꝫ intelligat. Alio mõ ꝙ ſic ex ſe põt: qꝛ poſita cogitatione in alio angelo ⁊c̃. vt dictũ eſt: põt alio angelo cogitante cogente ⁊ ſuã cogitationẽ quaſi oſtendente illam cognoſcere. In hoc ſecũdo ſenſu pro nunc nõ vertitur queſtio: ſed in queſtione ſequenti diſcutietur ad ſenſum iſtum. Nunc autem ſm ſenſum pmũ tractanda eſt: in quo ſenſu etiã vt pꝫ op. recitata loqt̃. ¶ Hoc pmiſſo.

Fol. 62. col. 4. circa finẽ linee. 11.

¶ Scd̃am ↄcluſionẽ pbo ſic. Cogitatio ⁊ affectio per ſe dependent in mouẽdo intellectũ ad notitiã ſui ſeu qḋ eſt in cauſando intellectionẽ de ſe ab ipſa volũtate eius cuius ſunt. ergo nec nullus angelus pter illan ex ſe nãliter diſtincte ⁊ intuitiue videre. ↄſequentia nota eſt: qꝛ cũ nec cogitatio nec affectio poſſit ĩtuitiue ab aliquo intellectu creato nãliter cognoſcibili niſi ipſe partialiter cauſent ppriaſ notitias: vt etiã ambo pdicti doctores cõcedunt ĩpoſſibile eſt nãliter aliquẽ intellectũ creatũ eas intuitiue cognoſcere ſi ille nõ ſeius cauſant ſuas notitias. Si aũt in cõcauſando dependent a voluntate ipſius cogitãtis: ſeqt̃ur ꝙ nõ cõcurrente voluntate cogitantis ad hmõi motionẽ intellectus ⁊ cauſationẽ intellectionis nõ erit poſſibile illas intelligi. Antecedens aũt pbo. pmo ſic. Nõ minus ſubſtãtie ipſo volũtatis cogitatio vel affectio alicuius ad mouendũ intellectũ alterius ad intellectionẽ ſui q̃ ſubſit ad mouendũ intellectum in quo eſt. hoc pꝫ tam qꝛ ipſa nõ minus eſt cognoſcibilis ab eo in quo eſt q̃ minus ei ppterea ad cauſandũ in ipſo intellectionẽ. imo vt videt̃ magis. Nihil enĩ tam facile nobis eſt noſſe: q̃ nos intelligere ⁊ velle ⁊ ſimilia que mox vt volumꝰ experimur in nobis. ¶ Hoc etiã videt̃ pbari ex dictis vtriuſq̃ opinantis: quoniam vterq̃ vult ꝙ cogitatio ipſa vniformiter cõparet̃ intellectui cuilibet angelico eius in quo eſt quantũ ad poſſe in illo cauſare intellectionẽ ſui. Sicut pꝫ in rõnibus eoꝝ recitatis. Sed in mouendo intellectũ in quo eſt ſubſtantie vtriq̃ imperio voluntatis. Alioquin ipſa naturaliter cauſaret intellectionẽ ſui: ⁊ illa alia: ⁊ ſic actualiter ſorent ſimul infinite intellectiones ſuper ſe reflexe. ¶ Secundo. Non minus affectio ⁊ cogitatio ſubſunt imperio voluntatis quantum ad hoc ꝙ dictũ eſt q̃ ipſe ſpecies exiſtentes in memoria ſenſitiua vel intellectiua ſubſunt volũtatis imperio ad mouendum intellectum eius in quo ſunt ad notitiam ſui pater. Sed iſte non poſſunt niſi ſm determinationem volũtatis mouere que eis pro libito vtitur.

Fol. 62. col. 4. poſt meᵐ linee. 36.

